-1289

SERENISS. FRANCIS. MEDICI MAGNO ETRVRIAE DVCI.

Seb. Med. S.

OMNE Ius quo vtitur humanũ Genus Serenisſ. Princeps vel ad perſonas pertinet, vel ad res vel etiã ad actiones quas cum quãdoque contingat cruento cadere bello graui confici fame, fedaque peste inuadi, nec non incendijs, ruinis, naufragijsque interire: inde fieri ſolet, vt ijsdem iudicia quandoque tollãtur, contractus infirmentur, vltimæq; voluntates ratæ minime habeantur: Quamobrem ipſe qui annos iam multos cum diurna tum nocturna (vt inquit ille) manu graues ſum-

morum iuris conf. lucubrationes congessi quæ mirifice quidē prodesse visæ sunt mortalibus ad magna illa incommoda declinanda & amouenda, easque vt melius potui in hoc pusillo inclusi volumine, quod sanè tuo clarissimo nomini consecratum in manus hominum prodire volui: nam profecto fauore celsitudinis tuæ etiam atque etiam tutum omnino erit à detractoribus, cum intellexerint ipsum tueri à splendore illius, qui bella propulsat, qui famē depellit, qui pestem infinita cura à populo suo auertit, quique res Imperij sui ab incendijs, ruinis, fluminūque impetib. prudentissime tuetur, nec non summa cum iustitia & æquitate pacta seruari, sentētijs Parere, & testamenta debitæ executioni mandari faciat, vale Floren. Cal. Ianu. MDLXXVI.

ELENCHVS QVAESTIONVM.

Primæ partis.

Quæſt. ſecundæ partis.

Die decima quinta Decembris 1576. Cum in hoc volumine de fortuitis casibus. Iusta legũ interpretes per D. Sebastianũ Medices ęquitem S. Stephani perlegerim nec in eo inuentum sit aliquid cõtra bonos mores & Catholicam fidem vt formis excuderetur licentiam omnibus & singulis per præsentes concedimus sub die mense & Anno vt supra.

Frater Franciscus de Pisis generalis inquisitor Dominij Florentini manu propria.

SEBASTIANI MED. TRACTATVS, DE FORTVITIS CASIBVS.

Pars prima.

SVMMARIA.

In Præfat. Huius tract.

1 *OMnes actus humani aut voluntarij sunt aut inuoluntarij.*
2 *Inuocatio Diuini nominis Quid operetur.*
3 *Diuisio bona debet esse bimembris.*
4 *Artis progressus à generalibus incohatur.*

Præfatio huius operis.

1 OMNES hominũ† actus aut voluntarij sunt aut inuoluntarij. Mar. Salom. l. 1. nu. 1. & seq. ff. de legib. De his, qui preter intentioné contingunt operæ pretium esse duxi non nullos casus in isto meo tractatu congerere, & inuocato Diuino Trinitatis præsidio quo consequa-
2 mur bonum initium, melius † medium, &

optimum finem vt dixi in tract. de leg. & stat. in præfat. nu. 2. per c. in nomine Domini de test. leg. Deo nobis c. de Episco. & cler. hoc
3 ordine vtar, † quia omnis bona diuisio debet esse bimembris. §. omnium inst. de action. Totum hoc opus diuidā in duas partes in Quarum prima generaliter ponam plures casus, qui maxime conducere videntur ad declarationem casuum secundæ partis; cum omnis
4 artis † progressus à generalibus præceptis rectè ducatur, l. 1. ff. si cert. peta. §. his igitur inst. de Iust & iure Dixi ego in tract. de regu. iur. Proemio nu. 1. & seq. in secunda vero dicemus de singulis fortuitis Casibus in specie quibus declaratis erit finis impositus huic tractatui.

SVMMARIA.

In I. Q. Primæ partis.

1 *Intentio iudicat omnes hominum actus.*
2 *Intentio magis declaratur facto Quam verbis.*
3 *Verba sunt inuenta, vt dicentis animum explicent.*
4 *Intentio est imperatrix verborum radixque linguæ.*
5 *Intentio magis Quam verba est consideranda.*
6 *Voluntas est in verbis sicut facies in speculo.*
7 *Voluntas & potestas in omni actu requiritur.*
8 *Voluntate e medio sublata omnis actus est indifferens.*

9 *Propo-*

9 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
10 *Voluntas est tamquam posthumus.*
11 *Intentio necessaria in sacramentis.*
12 *Statuentium mens attendi debet.*
13 *Priuilegiantis intentio debet attendi.*
14 *Præscribentis intentio est sequenda.*
15 *Testatoris mens est attendenda.*
16 *Mens dubia ex vicinis scripturis declaratur.*
17 *Voluntas testatoris est altera lex.*
18 *Valuntas testatoris debet esse conformis cũ lege.*
19 *Voluntas testatoris debet esse licita.*
20 *Mens testõris est adimplenda in forma specifica.*
21 *Contrahentium mens inspici debet.*
22 *Mens colligitur ex serie instrumenti.*
23 *Vltimæ volũtati magis fauetur quã contractui.*
24 *Delinquentium mens est attendeda.*
25 *Iudicis mens in sententia debet sequi.*
26 *Voluntariũ nõ dicitur, quod fit ex dispoxit. legis.*
27 *Personæ qualitas facit præsumi intentionem.*
28 *Voluntas coacta voluntas est.*
29 *Intentio ad ignorata non, extendttur.*
30 *Intentio solo iuramento probatur.*

Quæst. I. Primæ partis.

COMMVNIS regula est, quod quicquid agunt homines intentio iudicat omne. no. l. 1. C. de Sycar. l. 5. ff. de tab. exib. Al-
1 dobr. §. infraudem. nu. 6. insti. quibus ex caus. man. non licet. Asin. l. at si

quis.§.si quis nu. 6. ff. de relig. & sumpt. Funer. Iohan. And. c. susceptum nu. 1. de rescri. c. quamuis nu. 1. de Preb. Imol. l. etiam. nu. 3. ff. sol. matr. Alex. cõsi. 119. nu. 33. vol. 6. Are. consi. 56. nu. 2. Rimin. consi. 25. nu. 5. vol. 3. Mandos. 4. q. Reg. de Idiom. nu. 11. Rol. cõsi. 72. nu. 43. vol. 1. Paris consi. 72. nu. 6. vol. 4.
2 Quæ † magis declaratur facto quam verbis Ceph. cõsi. 18. n. 8. Grat. consil 29. n. 29 vol. 1. Quamuis inuenta sint verba vt dicentis animum explicent. l. labeo. ff. de superl. leg. Alex. libr. 1. in prin. de verb. sig. Mens tamen videt
3 † & audit. Asinius in Praxi Iud. §. 7. c. 5. lim.
4 90. nu. 13. & est † imperatrix verborum radixque linguæ Curt. consi. 129. nu. 3. vol. 2. consi. 121. nu. 12. Ideo magis mens & intentio cõsideranda est, quã verba Zabar. c. quanto. nu. 2. de priuileg. Alex. l. hęres. §. cum ita. nu. 3. ff. ad Treb. Angel. l. ius autem. §. nam & ipsum. ff. de Iust. & iure Bald. l. 1. C. Plus val. Quod agitur Idem l. Gallus. §. & quid si tantùm. num. 2. ff. de lib. & posth. Ber. c. in præsentia nu. 245. de probat. Iohan. And. c. degradatio. nu. 5. de Pęnit. Paul. l. si quis filium. nu. 3. C. de lib. præt. Ripa lege heredes. nu. 20. ff de vulg. idem in tit. de Emph. Resp. 1. num. 8. Mathes. sing. 110. nu. 45. Mantua sing. 218. nu. 2. Soccin. l. vbi nu. 3. ff. de rebus dub. Specul. tit. de test. §. 5. nu. 4. Ber. q. 146. nu. 1. Mand. 4. q. reg. 16. Canc. nu. 2. voluntas
6 enim † est in verbis sicuti facies in speculo

Rol.

Rol.consi.96.nu.17.vol. 2. not. Tamen quod
7 non solum † voluntas sed etiam potestas in
quolibet actu requiritur Cephal. consil. 135.
nu.24.consi. 152.nu.7. Grat.consi. 9.nu.172.
vol.1. Port.consi.150 num.1. Mand.8. q.13.
Reg.nu.2. Alex.consi.123.nu.1.vol. 4. Dec.
cons.288.num.6. Voluntate tamen è medio
8 sublata † omnis actus erit indifferens Ange.
l.hunc titulum.§.remouet. n. 1. ff.de Posthu.
hær. inst. & propositum in mente retentum
nihil operatur Ceph.consi.253.n.32.Cassan.
consi.54.nu.41.Port.consi. 81.nu.33. Soccin.
reg.20.Fall.2.l.si repetendi.C.de cõd.ob cau-
sam Mand.4.q.11.reg.nu.3. Rol.consi.77.n.
9 30.vol.1. Dec.l.si † ego nu. 5.ff.si certum pet.
consi. 542.nu. 10. est enim tanquam Posthu-
10 mus existens inutero † qui si non producitur
in lucem nihil operatur Ias.leg. 1.nu. 9. ff. de
cond.causa data Marsi.sing.577.nu.4. Ampl.
11 primo hoc maxime † procedere in sacramen
tis Bellam.c.solent de consecrat.dist.4.secun
do Ampl.in statutis. mens enim & ratio sta-
tuentium debet attendi Alba.consi.71.nu.5.
Anch.consi.74.nu.2. Socin. Iun.l. cum filio.
12 nu.61.ff.de leg.1. † Paris consi.44.n.11.vo-
lum.2.Port.inst.de leg.pat.tut.n.2. Rol. cons.
77.nu.45.vol.3.Rom.consi.433.nu.2. Ang.
consi.147.nu.2.Bart.l.contra.nu.1. ff.de leg.
Ber.consi.141.nu.3.vol.3.Dec. consi.64. nu.
7.Paul.le.vbi nu.2.ff.ad Treb.l. cum mulier.
nu.8.ff.sol.mat.Petr.sing.110.nu.45. Sozin.

conſi.12.nu. 8. vol. 4.conſi. 10. nu. 10.vol. 3. cóſ.108.nu. 13.vol.4 Alber.lib.1.ſtat.q.106. nume.5.Gem.tract.de teſt. nume.139. Tertio
13 Ampl.in priuilegijs, † quæ interpretãtur ſecundum intentioné concedentis Ripa. reſp. 6.nu.14. tit.de diu.reſcr. Quarto hoc idem in reſcript. magis enim reſcript. mens conſide-
14 ratur † quam verba Iaſ. leg. iuris gentium. §. prætor ait.nume.16.ff.de pact.Quinto Ampl. in vltim volun. & præſertim in fideicommiſ-
15 ſis, quia mens teſtatoris † vincit verba Alba conſil.24. nume. 12. quæ colligitur ex coniecturis Alba conſil. 19. nume. 8. conſil. 51. num.11.quæ cum ſit dubia ex vicinis ſcripturis declaratur Anch.conſi.152. num. 3.conſi.
16 219.nu.4. conſi.152.nu.2. Cagn.l.precibus. num.191.C.de de impub. & alijs ſubſt.& eſt ſeruãda ſicuti altera lex.§. diſponat Auth. de
17 nupt. Sozin.l.1.nu.319.ff.de leg.2. l. Gallus. §.quidam.nu.3.ff.de lib.& poſthu.Ceph.cõſi. 137.nu.31.conſi.16.nu.41.conſi.183.nu. 66. Corn.conſi.141.nu.7.vol.4.conſi.258. nu.2. vol.1.Crau.conſi.88.num. 5. Curt.conſi.111. nu.6.vol.2.Caſſan.conſ.22.nu.19 gl. Clem.
18 de relig.dom.dummodo † ipſa non ſit contra legem Bart.l nemo.ſt.de leg.1.l. filius. ff. eodem Grat.conſi.54.nu.33.vol.2.lambert.trac. de iure patr. Art. 1.q.9.§.1.n.48. Paris conſi. 26.nume.21.volum.4. Port.conſi.55 nu.79. Rol.conſi 76.num.30.vol.1.conſi.70.nu. 38. vol.3.Rom.conſi.179.nu.5.Ruin. conſi.104.

nu 7.

nu.7.vol.2. Alex.l.cum ex filio. ff. de vulg.l. quidam.nume.tertio. ff.ad Trebell.consi.91. nume. 6.volum. primo Ang.consil. 65. nu-
19 me.5. Areti.consi.67.nume.8. Bald.leg. † testamentum.nume.primo. ff. de testamen. vel etiam non sit illicita Bald.l.pater. num. 2. de hæred.inst.Ber.consi.51.nu.38.vol 2.Dec.cõsil.621.nu.4.Goffred.l.hæredis nu.2.ff.quando dies leg.ced.l.Marcellus §.res quę.nume. 8.ff.ad Trebell. Iaſ.l.hæc verba.num.29.ff.de leg.1.l.quamuis.nu.2.C.de fideicomm. Imol. l.his verbis.nume.3.ff.de hæred. inst.Paul.cõsil.123.nume.2.volum.1.l.si ita.§.Sabinus.nume.2.ff.de verbo.oblig. Ripa in tit. de subst. & pact.in matri. adiect. resp.1. nume.18. Salyc.l.cum virum.nume.2.C.de fideicom. Soccin.l.Gallus. §.nunc de lege. nu.8.ff.de liber. & posthu. Decis. Perus 23. nume. 40. & de-
20 bet adimpleri † in forma specifica Roch. tract.de iure patro.ver.pro eo.nume. 31. item not.quod voluntas ab intestato est minus potens voluntate testamentaria Menoch. tracta. de adipiscen Remed. 4. nume. 68 l.fin. C.de de institu & substitutio.l.præcibus.C.de impub.c.si pater de testam.6.Tiraq.tract.l.mor. laisit. P.2. de cl. 10. nume.15.Sexto. Ampl. in
21 contractibus † in quibus mens contrahentium præcipue attenditur. Alba consi.7.num. 4.Anch.consil. 204. nu.4.Cagn.l. frater. nume.100.ff.de cond.& indeb.Sozin.Iun. Rub. ff.sol.matri,num.17.Corn.consi.196.nu. 12.

vol. 2. consi. 160. nu. 1. vol. 1. Crau. consi. 33. nu. 21. consi. 15. nu. 7. Paris consi. 92. nu. 28. vol. 1. consi. 64. n. 37. vol. 1. decis. pedem. 164. n. 11. Sozi. consi. 46. n. 12. volum. 1. Quæ qui-
22 dem † colligitur ex serie instrumenti Abb. c. cum dilecti. nu 3. de Donat. Ang. consi. 65. n. 5. Dec. consi. 697. nu. 6. magis tamen. fauetur
23 † vlt. vol. quam contractibus. Imol. l. si insulam. nu. 27. ff. de verb. oblig. Paul. consi. 148. nu. 2. vol. 1. consi. 10. n. 13. vol. 3. l. in testamentis. ff. de reg. iur. Septimo ampl. in delictis voluntas enim & propositum distingunt delicta Ald. §. in fraudem. nu. 2. inst. quib. ex cau-
24 sis † man. non lic. Anch. consi. 251. n. 2. cons. 175. nu. 2. Ceph. consi. 76. nu. 28. Cagnol. rub. ff. si cer. pet. n. 9. Gra. consi. 205. nu. 34. Grat. consi. 73. nu. 22. vol. 2. Port. §. Apium. nu. 17. inst. de rerum Diuis. Zab. c. ad audientiam de torneam. abb. c cum voluntas. n. 3. de senten. exco. Alex. consi. 144. nu. 8. vol. 2. Angelus. l. Diuus nu. 1. ff. de Sic. l. Qui iniuriæ. n. 1. ff. de Furt. Aret. consi. 116. n. 9. Bald. consi. super literis. nu. 25. de rescr. Bellam. c. Quos constituerit. nu. 41. 1. q. 1. c. nuper. num. 3. de Bigam. Dec. consi. 234 nu. 2. Marsi. sing. 176. nu. 1. Alb. lib. de stat. q. 30. n. 4. Iohan. And. c. Quę contra nu. 11. de reg. iur. 6. Giud. q. 555. nu. 2. Ber. q. 2. nu. 7. Tind. tract. de testibus nu. 12. Aegid. Bass. tit. de homic. num. 40. Not. doc. com. c. 1. & seq. de hom. vol. & in vol. coniecturæ autem delicti perpetrati ex intentione

plures

plures ponuntur per Mench. tract. de Arbitr. iud. lib. 2. Cent. 4. caſ. 361. vbi tandem conclu dit hoc totum iudicis arbitrio relinqui ibi=
25 dem nu. 48. Octauo ampl. in ſententia † Iudi cis Paul. leg. ſi ex teſtamento nu. 2. ff. de exc. Papienſ. in forma appell. à ſent. diffin. gl. occa ſione nu. 4. Nono hoc idem in Arbit. Paul. conſi. 424. n. 2. vol. 1. Quod dictum, ita Amp. & not. quod voluntarium factum hominis non dicitur illud quod fit ex ipſa legis diſpo- ſitione Albr. conſi. 50. num. 13. ſecundo not. quod cum vertitur alicuius prędiudicium eius conſenſus requiritur Anch. conſi. 243. nu. 6.
26 Qui conſenſus ex proceſſu iudicatur. Ber. c. cum dilecti de empt. & vend. & ex facto ipſo, Cra. conſi. 150. nu. 4. etiam in brutis. §. ceruus. inſt. de rerum Diuiſ. Bellam. c. conſtitutis de eo qui mit. in poſſ. ſi igitur conſenſus eius re- quiritur. de cuius preiudicio agitur, ſequitur Quod donandi animus non præſumatur, niſi probetur Anch. conſi. 180. num. 8. Cor. conſi. 76. nu. 7. vol. 4. Tertio Not. Quod ex qualita-
27 te perſonæ præſumitur intentio Cephal. con- ſi. 76. nu. 32. conſi. 206. num. 12. Quarto not. quod etiam ex actu nullo declaratur intentio Cagnol. Rub. c. qui adm. n. 107. Crau. conſ. 113. nu 7. Grat. conſi. 7. nu. 25. conſi. 124. n. 17. vo-
28 lum. 1. Quinto no. Quod coactà voluntas eſt Port. inſt. de patr. pot. nu. 11. Alex. conſi. 93. nu. 7. vol 5. dicitur tamen. voluntarium mix- tum Didac. in 1. Decret. c. 4. nu. 12. c. merito.

15. q. 1

15 q.1. Bald.l.Pen.c.quomodo & quando Iudex.ſexto not. Quod intentio non extenditur ad ignorata nec ét ad impoſsibilia Crau. conſi.309.nu.7.vt dicam infer. latius ſuo lo-
29 co in 3. & Quarta queſtione. Septimo not. quod ea quę habentur in animo ſolo iuramé to probantur Mandoſ.4.q.5.reg.nu.2. per teſtes enim probari non poſſunt. Rol.conſ. 11. nu.11.vol.3. Ruin.conſi.1.nu.4.vol.1. Abb.c. paſtoralis.§.cum autem nu.4. de offic. deleg. Ang. l. fulcinius.§. ſi is ff. quibus ex cauſ. in poſſ eatur. Bar.l.ſiue poſsidetis.num.7.C.de probat.Iaſ.l.admonendi.n.263.ff.de iure iur.
30 gl.§.alię inſt de † action. niſi eſſet in contrarium. prę ſumptio iuris Bart.l. inter. §. recte. ff.de furt.Imol.c.2.de conſt.

SVMMARIA.
In II. Q. Primæ partis.

1 *Error valde contrarius conſenſui.*
2 *Error quid ſit.*
3 *Error quotuplex ſit.*
4 *Error iniuſtus quid ſit.*
5 *Errorem allegans tenetur illum probare.*
6 *Errorem præſumi non facit actus geminatus.*
7 *Erroris correctio quando admittatur.*
8 *Error præſumitur potius quam dolus.*
9 *Error paruus in principio maximus fit in fine.*
10 *Errans & dubitans quommodo æquiparentur.*
11 *Error communis facit ius.*

Error

12 *Error iuris perplexi qualiter excuset.*
13 *Erronea confessio nulla est.*
14 *Aduocati error quando noceat.*
15 *Notarij error non vitiat scripturam.*
16 *Error in nomine non vitiat.*
17 *Error in confinibus non vitiat.*
18 *Error calculi non vitiat.*
19 *Agnitio non impeditur per errorem.*
20 *Solutio per errorem repeti potest.*
21 *Positionis responsio vitiatur per errorem.*
22 *Error à periurio excusat.*
23 *Contractus per errorem inhitus reuocatur.*
24 *Sententia lata per errorem reuocatur.*
25 *Scribentis error non nocet testamento.*
26 *Appellatio reuocatur per errorem.*
27 *Impetratio beneficij per errorem vitiatur.*
28 *Error impedit translationem Dominij.*
29 *Electio erronea reuocatur.*
30 *Iuris error impedit præscriptionem.*
31 *Error iuris non prodest in vsucapione.*
32 *Processus verus errore non impeditur.*
33 *Matrimonium contractum per errorem nullum est.*
34 *Inuentarium non vitiat error.*
35 *Error statuti vitiat actum.*

Quæst. II. Primæ partis.

1 QVIA consensu nihil magis contrarium est quam error Aldob. §. ius autem nu.

24. in-

24. inst. de iure nat. gent. & Ciu. Anch. consi. 228. nu. 2. Ideo videamus quibus in causis error vitiet actum. Pro cuius casus resolutione non nulla prius hic notanda sunt, & Primo quod error est priuatio veritatis causata in
2 intellectu propter falsam imaginationem no. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn iud. Ghirland. de quæst. ad tort. nu. 10. Bald. l. ea quidẽ nu. 11. C. qui accus. non poss. Errare enim est aliud pro altero putare Spec. tit. de confessis. §. 2. nu. 2. Lambert. tract. de iure patr. art. 13. q. 2. 38. 2. lib. nu. 2. secundo not. quod tripex est
3 † error. Primus dicitur iustus secundus iustissimus, tertius est iniustus. Iniustus error est in proprio facto nulla assertione Ductus vt intraui possessionem quia putaui mihi Donatum not. l. quamquam. ff. ad vell. idem est
4 in errore iuris qui dicitur iniustus error not. l. nunquam. ff. de vsucap. hoc idem est in facto proprio sed suasione aduersarij not. l. si existimas. ff. pro emptore Iustissimus error est in facto alieno vt si procurator meus qui emit pro me tradidit mihi not. l. quod vulgo. ff. pro emptore. l. 1. ff. pro suo. Item hoc idem ex euidentia rei, vt quia erat pupillus & apparebat maior. l. 2. §. si a pupil. ff. pro emptore. Item ex publica fama & opinione. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. hæred. Vital. in tracta. Clau. ver. non errore ductus nu. 3. Ber. c. de quarta nu. 20. de præscr. faber. §. error nu. 1. inst. de vsucapion. Bellam. c. vigilant. nu. 48.

de

de præſcr.Balb.l.celſus.nnm.36. ff.de vſucap. Aret.§.nouiſsime nu. 1. de uſucapion. Tertio
5 not. quod allegans errorem † tenetur illum probare Vital.d.loco nu.64. Ang.l. non fatetur nu.1.de confeſſ. Aret conſi.112.nu.2.Bal. l.creditur.§.Titius.nu.3.ff.de ſol.Imola.l.Titius nu.3.de teſtamentis Port.conſi.96.n. 12. Boſſius tit.de confeſsis.nu.72. quæ probatio fit per teſtes quando eſt error actorum Aſinius in praxi Iud.§.14.cap.5.nu.6.ſi vero fuerit error in teſtamento probari debet per tot teſtes quot interuenerunt in teſtemento Soccin.Iun.rub.de acq.poſſ.n.128.Aſin. de praxi iud.§.19.cap.6.nu.2. Tertio ſi fuerit error in legatis eodem pacto debebit probari Bald.l. fin.C.de fideic.Doc.c. relactum de teſtamen. Guid.deciſ.773.n.1.conſi.4.vol.4.nu.1. Dec. conſi.350.n.5.quarto no. quod actus gemina
6 tus † non facit præſumi errorem dixi ego in tract.de reg.iur.reg.3.Ampl.42. quamuis errantis actus nullius ſit momenti regulariter Goffred.l.qui in aliena nu,7.ff.de acq.hęred. Iaſ.l.inſulam.nu. 2. ff. de præſcri. verb. Matheſ.ſing.36.nu.6.quinto not.quod error corrigi poteſt.vſque ad ſententiam Neuiz.conſi. 94.nu.17.non tamē admictitur erroris corre-
7 ctio niſi refectis † expenſis ſi iudici videbitur Dec.l.edita nu.64.C.de edendo, Aſinius in praxi iudi.§.32.cap.2. Ampl.15.nu.2. alioquin qui non corrigit errorem videtur conſentire in illum.c.error.83.diſt.c.proximus de

pęnt.

pœnit.dist.2.Iulius ferrectus in tract. de Duello.nume.40.Tindar.tracta. de Testib. nume. secundo. Sexto not.quod potius præsumitur
8 error † quam Dolus Rom. consi. 142.nume. 12. volum. 5. Menoch. de Arbitr. iud.lib.1. consil. 4. Cass.309.nume. 8. Asin.inter consil.crim.consi.13.nume.9. Francis. consi.129. nu.38 Alex.cons.45.nu.9.vol.1. Aret. consi. 47.n.3. Berth.cons.189.n.9.vol.3. Dec.consi. 173.nu. 5.idem dicitur de donatione nam donatio non præsumitur sed error Rol.consi.11. nu.47. Grat.consi. 16.n.44.vol.1. Corn. cōs. 114.vol. 4 Item præsumitur error vbi aliter factum.quam dictum reperitur. l. sed & si. ff: de cond.indeb. Vital.trac.Clausul. in clausul. 1.nume.2.Præsumptio tamen erroris tollitur alia præsumptione contraria Cephal. consil.
9 108.nu. 10. Septimo not. quod paruus error in principio maximus fit in fine Neuiz. in silu.nupt.lib.4.nu.51. Rol.consi.94.num.31. volum. 2. non tamen error in syllaba vitiat actum.quia de minimis lex. non curat Corn. consi.80.nu.7.volum.3.consil. 71.vol.1.dixi ego in tract.de reg.iur.reg. 5. nume.1. & seq.
10 Octauo † Not.quod licet errans & dubitans æquiparentur.l.fi. C.de cond.indeb. Alex.l.si per errorem.ff.de iurisd omn. iud. differt tamen.error ab ignorantia quia error non currit cum veritate, sed ignorantia se habet pariter ad verum. sicut ad falsum & cum vtraque permiscetur Bald. l. falsus nume. tertio.

quæst.

quæſt. prima C. de furt. ſpecul. titu. de depoſ. §. 7. verſi. 12. error enim eſt applicatio animi ad falſum Bald. l. quidam colum. 9. C. de iure delib. ſpecul. §. ſecundo titu. de Conſeſſ.
11 Nono not. quod communis † error facit ius l. Barbarius. ff. de offic. Preſ. not. l. de teſtamen. l. ſecunda. C. de ſenten. experico. recit. non. tamen excuſat. ſcientem errorem Dec. conſi. 407. nume. 2. quod verum eſt ſi ſit in poſſeſsione vel quaſi is de quo eſt error Abb. cap. conſultationibus de iure patrona. Card. Clemen. prima queſtio. 13. de regular. Alexand. conſil. 138. volum. primo fallit in ſpiritualibus quia error nihil operatur niſi in contentioſis Archid. c. 1. 11. q. 3. Bald l. ſecunda. C. de ſent. & interl. omn. iud. in his quæ ſunt ordinis error communis non facit ius Abbas ca. apoſtolica. numer. 1. de præſb. non Bapt. Bald. in l. ſi Arbiter. numer. decimo. C. de ſenten. & interl. omnium iud. ferrectus. conſil. 8. nume. 3. Caſſ. conſil. 68. nume. 53. Ampl. & limit. hoc no. per Ant. de Gabriel. in titul. de probat. concluſ. 8. Decimo & vl-
12 timo not. quod error † iuris perplexi ita excuſat ſicut error facti item non nocet cum tractatur de damno euitando Calef. inter conſi. crim. conſi. 58. num. 5. Angel. conſi. 70. numer. 23. item excuſat adolo Paul. conſi. 147. gl. l. 1. ff. ſi quis ius. dic. non obt. niſi ſit. Iuris peritus Bald. rub C. de pœna iud. qui male iud. l. ſecunda, ff. quod quiſque iuris, quod

autem

autem error dubii iuris æquiparetur errori facti Corn.consi.148.vol.2.fel.c.de quarta de præscri. error tamen facti cadit in sapientem virum Bald.auth. ex causa col. 11.C. deliber. præte. His ita suppositis quia dictum est errorem excludere consensum Ias. inst. de act. §. item.nu.55.d.l.si per errorem.ff.de iurisd. omni. iud. Ampl. primo vt confessio erronea sit nulla specul.tit.de deposito §.8.ver.quid ergo Bald.consi.150.vol.2.nu.2.quæ quomodo reuocari possit not vital.d.loco.nu. 52.& seq. Bossius tit de confessis.nu.64.not.leg. non fa
14 tetur.ff.de confess.Soccin.tract.reg.in reg.95. secundo Ampl.vt error aduocati non noceat parti.l.vnica.C.de errore aduoc. Barth.l.ornamentorum.nu.2.ff.de auro,& arg.leg. Tertio Ampl. in positionibus in quibus error facile reuocatur. Alex.consi.47.nu.16. vol.1.quarto Ampl.vt dictum testis per errorem parti non noceat.not.vital.d.loco.§. de teste. num. 1.&
15 seq.no. Do.l.3.ff.de testibus.† quinto Amp. quod error notarij non vitiat scripturam no. l.errore. C.de testam. Bal.d. l.ambiguitates. C.eod. Ampl.circa indictionem quo casu instrumentum non redditur nullum Bart.l.nominatim.ff.de cond.& demonst.secundo hoc idem si erretur circa diem secus si omittatur. Bald.l 2. C. de falsa causa adiecta leg. Tertio ampliatur vt in denunciatione non noceat syndico Bald.l.error.C. de adu.di.Iud. & potius presumitur error notarij quam quod cõ-

trahen-

trahentes voluerint.se decipere Euer. in loco ab emph.ad censum.nu. 9. licet error notarij dicatur lata culpa Bald.tract.de testa. nu. 24. Nellus dicto loco nume. 161.not. doct. leg.si librarius.ff. de reg.iur. sexto Ampl. quod er-
16 ror in nomine non vitiat quando de corpore constat no.doct.com.l. si quis infundi. ff. de leg.1.& ibi Barth.num.2.idem l. demonstratio.nu.15.ff.de cond.& demonst. secus est in nomine substantiæ Ber. ca.quoniam Abbas. nu.9.ff.de offi.deleg.idē est in nomine actionis.quod vitiat libellum idem ca. super literis.nu.38.de rescrip. Ber. consi. 53. nu. 2. vol. 1.Faber.§.si quis in nomine nu.1. inst. deleg. Salyc.l.in venditionibus nu. 5.ff. de contrah. empt.Felin.c.significantem nu. 5. de rescrip. Corn.consi.313.nu.1.vol.3.Soccin.iun.l.centurio nu.207.ff.de vulg. Tertio fallit in nomine proprio loquentis not. l. fin. C.de hæred. inst.gloss. c. significantem de rescri. Septimo
17 Ampl.vt error in confinibus rei venditæ nō noceat gl.& doct.l.cum seruo.§.fin.ff. de contrahen.empt. Doct.l.demonstratio. ff. de condi & dem. Ampl.in errore confinium rei legatę not.l.patronus.§.fin.ff.de leg.3. Alexan.d. l.si quis in fundi nu.3. Hier. de monte defin. reg.cap.84. Octauo Ampl. in errore calculi, qui si non sit secuta sententia vel transactio
18 potest sępius re tractari Ber.q.105.nu.1. facit tamen retractari quitationem Neuiz. cōs. 46.nu.15.not. Iason.l.errorem nu.3.c. de er-

19 rore calc. Nono Ampl. vt agnitio non impediatur per errorem quotæ hæreditatis Ang. l. ſi quis. §. ſciendum. nu. 1. vbi Imo. nu. 3. ff. de acq. hær. Decimo not. & Amp. quod error in ſolutione vitiat & impedit liberationé not. l. ſi cũ aurum. ff. de ſol. vnde ſolutio per erroré
20 facta repeti poteſt Cagnol. l. cuius. ff. de reg. iur. Ampl. etiam indubitãtem Soccin. l. elegã ter. nu. 2. ff. ſi cer. pet. Cephal. conſi. 138. n. 11. Iaſ. l. ex hoc iure. nu. 74. ff. de iuſt. & iur. l. 1. n. 12. ff. de cond. indeb. Vndecimo Ampl. in res
21 ponſione poſitioni Barth. l. poſt legatum. §. his vero. ff. de his quibus vt indig. Bartho. l. error. C. de iuris & facti ignorantia Alex. cõſ. 47. nu. 16. vol. 1. Duodecimo Ampl. vt error
22 iuris vel facti † conſenſum excludens à mendacio & periurio excuſat Bellam. c. at ſi clerici num. 13. de iudicijs non enim ſeruandum eſt iuramentum contractum per errorem Bert. conſi. 175. nu. 57. vol. 2. vbi tamen præſtatur iuramentum aſſertorium non præſumitur error Soccin. conſi. 67. nu. 18. vol. 4. Rui. conſ. 134. nu. 10. vol. 1. Vital. d. loco nu. 39. Decimo
23 tertio Ampl. vt contractus † reuocentur ſi errore fuerint inhiti ſiue ſit error circa perſonã ſiue circa cauſam, ſiue circa rem vit. d. loco nume. 5. Bart. l. inſulam nu. 1. ff. de præſcr. verſi. l. ſi ego. nu. 3. ff. ſi certum petatur error enim in materia vitiat cõtractum. l. ſi ſterilis. §. quã uis. ff. de actio. empt. l. cum ab eo. §. fin. ff. de contrahen. empt. Diaz. reg. 247. fallit duob.

mod.

24 mod.Iaſon.l.ſi id quod. ff. de verbo.obligat. Decimo quarto Ampl.in Iudicijs vnde ſententia lata per errorem dicitur nulla quando eſt error qui oculo corporali cerni poteſt. Maranta de ord. iud.4. P.16.diſt.nume.50. Alexan.l.rei §.ſi in iudicio.nu.2.ff.ſol.mat. Alex. conſi.126.num.4.vol.6.vant. tract. de nullit. in titu.de nullit.ex defectu proc. nume. 130. Ang.l.quoties.num. 4.ff.de hęred.inſt. Item not.quod omnis error expreſſus in relatione videtur expreſſus in ſententia quæ refertur ad eam Ange.conſi.110 num.5. Bart.l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio nume.6.ff.ſol.matr. De-
25 cimo quinto Ampl.in vlt.vol.nam error ſcribentis non nocet teſtamento Iaſ.l. error nume.primo.C.de teſtamen.ſi tamen fuerit error in filiatione teſtamentum reddetur nullum Bald.conſil.134. volum. 1. nume.2. ſed per quot teſtes probetur teſtamentum not. Alexan.conſil.140.nu.3. volum. 1. Decimo
26 ſexto vitiatur appellatio † per errorem interpoſita Bar.l.1.§.ſi quis.nu.1.ff.de appell. vt ſi appelletur ad minorem iudicem vel ad diuerſum.Dec.& com. Doct.l.ſi per errorem.ff. de iuriſ.om.iud. Iuriſ.n.non tribuitur per errorē
27 † Decimo ſeptimo Ampl.in impetratione beneficij ſi per errorem omittatur nomen poſſeſſoris Menoch.de Arb.iud.li. 2.cēt.3. Caſ. 201.n.145. Bellam Deciſ 642. Decimo octauo Amp. in trāſlatione Dominij nā error ex parte recipiētis impedit Dominij trāſlationē

& præscribendi conditionem secus si error
28 † fuerit ex parte tradentis Bal b.l. cellus. nu. 54. ff. de vsucap. Alex. l. si ego. nu. 4. ff. si cert. pet. Bald. l. dedi §. si quis nu. 2. ff. de cond. causa data Barth. l. 1. num. 8 ff. de offic. proc. Cæs. Salyc. l. eius nu. 9. ff. si cert. pet. Decimo nono
29 Ampl. in electione nam electio † erronea nō dicitur electio Bald. l. 3. ff. de inoff. test. ex errore enim nulla oritur obligatio Soccin. Rubr. de verb. obli. nu. 302. nec rescriptum vitiatur per errorem Soccin. consi. 146. nume. 5. vol. 1. quia error nō impedit voluntatem. Menoch. de Arb. iud. libr. 1. q. 53. nume. 4. sicuti verba enunciatiua erronea non disponunt Iason. l. cum testamento nu. 1. C. de iur. & facti igno-
30 rantia Vigesimo Ampl. quod licet † error iuris impediat pręscriptionem secus autem est in errore facti Abb. c. cum non liceat. nu. 8. de præscript. c. Apostolicæ. nu. 11. de dona. Bellam. c. vigilanti nu. 52. de præscr. Rom. consil. 166. nu. 8. crau. consi. 27. nu. 3. idem est in transactione, quæ nulla dicitur si per errorem fiat Dec. l. errorem. nu. 12. C. de errore Calc. Soccin. consi. 98. nu. 10. vol. 2. hoc idem est in Datione tutoris, Faber. §. furiosi. nume. 3. inst. de Cor. fur. Vigessimo primo Ampl. in vsucapio
31 ne in qua error † iuris non prodest Balb. tracta. de præscri. titu. pro donat. num. 2. Bart. l. sed & si. §. scire. ff. de pet. hæred. Ias. l. si ante. nu. 7. ff. sol. ma. item nec error in facto vsucapionem impedit Imola. l. iusto, nu. 5. ff. de vsu

capion.

32 capion. Vigesimo secundo processus† verus
errore non impeditur, Bellam. c. cum ex offi-
cij.num.13.de præscri. Vigesimotertio Matri-
33 monium contractum per † errorem nullum
est , & hoc quando fuit error in persona vt si
quis putauit contrahere cum Bertha & con-
traxit cum sempronia Vital.d. tract. tit. de er-
rore Matrim. Rebuff. in praxi. Beneff. glo. 5.
Reg.46.tit.de dispens.in gradu consang. nu.
3.Cardinal paleot.in tract.de spuriis noth. fi-
lijs in cap. 9.per totum.& in hoc conueniunt
omnes.Theologi cum Canonistis grat. consi.
40.nu.47.vol.1.& in institutione quādo erra-
tur in coniunctione naturali. Ias.l.si pater.nu.
1.C.de hæred.inst. Vigesimo quarto inuenta-
34 rium non vitiat†error sed corrigi potest quā
docunque Bald.auth.sed cum testator. C. ad
l.falc. Vital.d.loco de errore inuentarij. Item
fructus facit. suos qui errat in iure probabili
dixi in trac.de compens.p. 1.q.x.nu.28.qui er
ror per possessorem probari debet ibid. n. 29.
Menoc.tract.de recuper. Rem.15.nu.630. Vi
gesimo quinto dierum calculi error non no-
cet.Salyc.l.cum antiquioribus. C.de tempor.
& repar.nec error citari in nomine vitiat Di-
xi ego in tract.de reg.iuris Reg. 8. Ampl.85.
fallit tamen in perito,qui errore non excusa-
tur,vt in assessore Dec.l.hoc edicto, num. 3.ff.
quod quisque iuris. Secundo fallit quando
quis sciens erraret. Vital.d.loco n.11.in prin.
35 tertio not.quod sicut error statuti vitiat actū

Anch.consi. 163. ita error impedit consuetudinem induci Alex.l.si quis id quod nu. 6. ff. de iurisd. omn. iud. quarto error in nomine contractus vitiat quando verba de se contractum. Important. Barth.l. 1. §. quibus. nu. 3. ff. quod cuiusque vniu.nom. quinto diuisio vitiatur errore iuris in hæreditate. Crau. consi. 188. nu. 10. Item diocesis nominis error vitiat rescriptum Ant.cap. significante. num. 3. de rescri. & expressus error uitiat non tacitus Cagnol, l.actus. nu. 16. ff. de reg.iur.

SVMMARIA.

In III. Q. Primæ partis.

1 *Ignorantia facti non iuris excusat.*
2 *Ignorantia iuris naturalis non excusat.*
3 *Ignorantia in iure atque in facto quomodo & quando excuset.*
4 *Ignorans ius quasi naturale non excusatur.*
5 *Ignorans factum proprium quando excusetur.*
6 *Ignorantia expresse est alleganda.*
7 *Ignorantia communis opinionis non excusat.*
8 *Ignorans non dicitur consentire.*
9 *Ignorantia consuetudinis non excusat.*
10 *Ignorantia crassa æquiparatur dolo.*
11 *Ignorantia præsumitur ex negocio intricato.*
12 *Ignorantia non præsumitur in notorijs.*

13 *Igno-*

13 *Ignorantia priuilegij probabilis eſt.*
14 *Ignorantia probatur iuramento.*
15 *Ignoratia præſumitur, vbi ſcientia non probatur.*
16 *Ignorantia præſumitur longinquitate temporis.*
17 *Ignorare præſumitur iudex ordinarius propter multiplicitatem negociorum.*
18 *Ignorare præſumitur forenſis.*
19 *Ignorantia codicillorum præſumenda eſt.*
20 *Ignorantia Banni quomodo præſumatur.*
21 *Ignorantia excuſat beneficium impetrantem:*
22 *Ignoranti non currit tempus appellandi.*
23 *Ignoranti non currit tempus, petendæ reſti. in integrum.*
24 *Ignorans reſtiauitur in integrum.*
25 *Ignorans non confitetur.*
26 *Ignorans ſi ſoluit repetit.*
27 *Ignorantia impedit diſpenſationem.*
28 *Ignorantia non excuſat eligentem indignum.*
29 *Ignorantia facti alieni, quando non excuſet.*
30 *Ignorantia non excuſat in omiſsione formæ.*
31 *Ignorantia contentorum in literis non excuſat.*
32 *Ignorantia notariorum partibus nocere non debet.*
33 *Ignorans an poſsit præſcribere.*
34 *Ignorans non amittit poſſeſsionem.*
35 *Ignorans non dicitur iuri ſuo renunciare.*

Quæſt. III. Primæ partis.

1 REGVLA iuris eſt. Ignorantiã † facti non iuris excuſare c.ignorantia de reg. iur. 6.l.regula.ff. de iur. & fact. ignorantia. glo. c. vnico de poſtulat.præl.ab. cap. fi.de conſt.leg.non fatetur.ff.de confeſſ.l.ſi poſt.ff. famil. hærciſcun. niſi eſſet ignorantia iuris obſcuri Iaſo.l.1.nu.22. ff. de tranſact.& notandum eſt,quod licet ignorantia iuris.poſitiui quandoque excuſet iuris ta
2 men naturalis ignorantia † nunquam excuſat Ber.c.ſuper literis.n.65.de reſci.Dec.l. ſi quis id quod nu.32.ff.de iuriſd.omn. iud. Sozin.l. iuſtè nu.4.ff.de acqui.poſſeſſ.ille enim ignorans ignorabitur ſpecu.tit.de ſumma Trin. &

fide

fide Cathol.lib.4. nu. 4. pro huius Dicti declaratione non nulla prius hic notanda sunt
3 primo distinguendo hoc pacto † videlicet, quia aut ignoratur in iure aut in facto si in iure aut ciuili aut naturali si in ciuili aut in iudicio aut extra iudicium, si in iudicio siquidem ante litem contestatã tunc error excusat probata causa erroris legiptima.l.de ætate. §. qui iusto .ff.de interrog.act. si extra iudicium, aut agitur de damno vitando aut de lucro captando & si de damno vitando, aut erratur in eo in quo requiritur dolus verus aut ĩ eo in quo sufficit dolus præsumptus vel lata culpa, vel leuis si in eo in quo requiritur dolus verus iuris ignorantia excusat l. si quis in graui. §. si quis ignorans. ff. ad Syllan. si vero erretur in eo in quo requiritur dolus præsumptus vel lata culpa tũc si erat publicè notum iuris ignorantia non excusat.l.constitutiones. ff.de iur. & fact.igno. si vere notum non erat, tunc nõ excusat.l.fin. ff.de dedecret. ab ord. fact. verũ si agatur de lucro captando cum alterius iactura vt per vsu capionem iuris ignorantia non toleratur.l.si vir. ff.de vsucap. sed si sine alterius iniuria si non potuit consulere periciores iuris ignorantia tolleratur. l. reg. §. sed iuris. ff.de iur.& fact. igno. quod si erretur in iure naturali ignorãtia † iuris non excusat vt
4 dictum est.idem si erretur in iure quasi naturali.l.2.C. de in ius voc. si erretur in facto aut in proprio at alieno, si in alieno aut erat publice

blice notum, aut non, ſi erat publice notum ignorantia non excuſat. l. ſed & ſi. ff. de inſt. act. ſi non erat publice notum ignorantia tūc excuſat. l. fin. ff. pro ſuo. ſi in facto proprio aut certat de Damno vitando aut de lucro ca-
5 ptando ſi de damno aut cum alterius iniuria & tunc nō toleratur ſi vero abſq; iniuria alterius tūc toleratur. l. ſi res. ff. de le. 1. l. ſi tibi ff. de act. emp. ſi de lucro error ĩ facto proprio non excuſat Din. d. c. ignorãtia. n. 18. Secūdo
6 no. qđ ignorãtia expreſſe dēt allegari qñ quis fundat intentionem ſuam in illa Iaſon. l. cum quid. nume. 25. ff. ſi certum pet. Saly. l. 1. nume. 2. ff. ad maced. tertio not. quod quemadmodum iuris ignorantia non excuſat. ita etiã nec communis opinionis ita coras. tracta. de
7 com. opin. tit. 11. nume. 9. Rol. conſi. 60. nume. 39. quarto not. quod ratio quare ignorantia excuſat. quia ille qui ignorat non conſentit Corn. conſi. 275. nu. 5. vol. 2. conſi. 113. n. 3.
8 vol. 1. ideo non habet † nec velle neque nolle, & per conſequens non poteſt dici negligens nec in culpa Corn. conſi. 164. nu 4. vol. 1. Caſſan. conſi. 11. nu. 92. quinto not. quod non ſolum iuris ignorantia non excuſat ſed etiam
9 conſuetudinis † Ber. ca. cognoſcentes. nu. 10. de conſt. quamuis quandoque tolerari poſsit Sal. l. præſcriptione. n. 5. C. ſi cōtra ius. Guid.
10 ſing. 638. ſexto not. quod ignorantia † Craſſa & ſupina æquipararur dolo Abb. c. fi. nu. 3. de Celebr. miſſ. ſeptimo not. quod licet dubitãs

& igno-

& ignorãs æquiparétur Sozin.l.elegãter.n.2.
ff.de cõd.indeb. Crot.tract de testib.nu.311.
differũt tñ ignorãtia error & titubatio Ant.
de Butr.c.apostolice n.4.de cler. depos. Imo.
l.de statu nu.1.ff.de stat.ord.octauo vbi adest
11 fama ignorãtia nõ præsumitur Alex. cõs.187.
n.7.vol.2.nono no.quod generalis dispositio
ad ignorantia non extenditur Ias.l.Titius nu
me.5.ff de lib.& posth. Dixi ego in tracta.de
reg.iur.lim.49.reg.1. Dec.not.quod negociũ
12 † intrincatum facit præsumi ignorantiã Pau.
l.cum fidei nu.3. ff. de confess.hoc idem facit
multitudo negociorum Sozin.cons.260.n.3.
vol.2.ob quã officialis excusatur. Alex.consi.
215.nu.2.vol.2.vndecimo not. quod Ignora
ri nõ debet id qđ notoriũ est, Guid.sing.225.
13 Alber.tract.stat.lib.1.q.30.n.3.Mars.in praxi
crim. §.aggredior.n.33.duodecimo no.qđ pri
uilegiorũ ignorãtia est probabilis secus est iu
14 ris cõis Abb.c.cõsiderauimus.n.2.de electio-
ne decimo tertio not.qđ ignorãtia probat iu
raméto Alex.cõs.118.n.10.vol.2.nisi præsum-
25 ptio fuerit in cõtrariũ idé cõs.71.nu.2. vol. 1.
cõs.79.n.1.vol.7.Ang.l.si cui.§.idé nu.3.ff.de
accus. Bal.cõs.434.vo.5.n.3.l.eadé.n.2.deferi.
Bar.d.§.idé.2.Ber.cõsi.188.n.24.vol.3.põt tñ
aduersarius ꝓbare cõtrariũ Dec.c.cognosens
n.10.de cõst. Gem.c.nolle.n.3.de elect. 6. Ias.
l.admonédi.n.158.ff.de iur.iur. Ias.l.ꝓ hære-
de n.20.ff.de acq.hęre.Ias.cõs.88.vol.1.Imo.l.
q bona.n.2.ff.de dãno ĩfecto Pau.c.44.n.44.
vol.3.

vol.3. Ripa.l.admonendi.nu.51.ff.de iureiurando Guid.ſing.447. Deciſ. Ped. 171.nu.3. fallit in his quæ publice fiunt Deciſ. 71. nu.4. deciſ. 101.num.24.hoc idem cum de Modico præiudicio agitur Ber.q.128.nu.3.Abba.cōſ. 9.nu.36. Aſin praxi iud §.13.c.20.limit.4.nu. 5.Crau.conſi.201. num. 32. Caſſan.conſi.63.
16 nu.72.decimo quarto not. quod vbi ſcientia non probatur Præſumitur ignorantia Corn. conſi.726.nu.7.vol.3.conſi.102.num.8.vol.2. Lambert.de Iur.patr.8.Art.2.q.3.p.2.lib.nu. 1.hinc eſt quod hæres ſuus præſumitur ignorare teſtamentum ſecus eſt in extraneo Bald. conſi.392.nu.5.vol.3 conſi.295.num. 2. vol. 3.Bart.l.eius nu.29.ff ſi cert.peta.Iaſ.l.is poſt. nume.66.ff.de acq hęred. Sozi.conſi.31. nu. 4.vol.4.Rol.conſi.36.n.4.vol. 2. ſecūdo præſumitur ignorantia temporis longinquita-
17 te Paul.l.peregrè.num.2.ff. de acq.poſſ.Port. conſi.147.num.9.not. Abb.conſi. 18.Tertio infirmus præſumitur ignorans.Ceph.conſil. 242.num.16.vol.2. quarto Iudex ordinarius pręſumitur ignorare propter multiplicitatē
18 negociorum Bar.l.quod iuſsit.num.21. ff.de re.iud.quinto forenſis præſumitur. ignorans Rol.conſi.42.nu.27.vol.3.ſexto emph. præſu
19 mitur † ignorans. Alex.conſi.76.nu.9.vol.7. Rim. cōſi. 22.n.22.vnde vbi caducitas fuerit decurſa reſtituitur in integrum. ſeptimo codicillorum ignorantia in ſuo & in extraneo præſumitur Ang.l.ſi ſeruus.nu.2. ff. de ſtipu-

lat.ſeru. Maxime. quando ſint ſeparati a teſta
mento Iaſ.l.non eſt. nu. 2.ff.de traſact. octa-
uo ignorãtia Banni pręſumitur niſi fuerit pu
21 blicum atque notorium,in loco Aret. conſil.
122.nu. 1. Nono abſens.etiã ſi ſit conſangui-
neus præſumitur ignorare Dec. conſil. 445.
nu.35.ex ab ſententia.n.præſumitur ignoran
tia Iaſ.l. tres.fratres.nu.19.ff.de Pact. l. is qui
22 nu. 40. ff de vſucapion. decimo & vltimo in-
fertur quod beneficium impetrans excuſatur
ignorantia Dec.c.ſuper nu.7.de reſcri.& hoc
à vitio ſubretionis Gem.c.gratia num.2.eo-
dem tit. 6. quod ſi impetratum fuerit benefi-
cium viuentis per ignorantiam no.Rebuf. ti-
tu.de reprob.teſt.nu.51. quid autem de igno-
rantia reſignationis annoceat reſignatario idẽ
Rebuff.reg. de pub. reſig.gl.13.n.29.decimo
quinto no.quod ignoranti ſententia lata con
23 tra ſe non currit tempus appellandi Maranta
de ord.iud.6.P.ver.appellatio nu.204. glo. c.
concertationi de appell.6.c. ab eo eodem. tit.
Batt.auth.hodie.c. de appell.no. l.1.§. fin. ff.
quando appell.ſit ſicuti non currit etiã igno-
24 ranti tempus petendæ† reſtitutionis in inte-
grum Ber.conſi. 56.nume. 50.volu. 3.Decimo
ſexto & vltimo not. quod ignorans reſtitui-
tur in integrum per clauſulam ſi qua mihi iux
ta cauſa Ber.conſi. 56. nu. 41. vol.3. Dec.l.ſi
25 bonorum nu: 5. C. qui admi.Paul.conſil.44.
nu.43.vol.3.conſi 45.n. 15.Sozin l qui duos
nu.25.de reb. Dubijs conſi.66. nu. 17.vol.4.

Ber.

Boer.decis.39.n.2. Guid.consi.191.n.3. cõs. 134.nu.4. Dixi ego in tractatu mors. omnia soluit P.2.n.103. Balb.trac.de Pręscr.4. P.4. P.princ.q.29.n.3.Ceph.consi.242.n.33. Cor. consi.168. nu.14.vol.3.Consi.321.nu. 8. vol. 3.Cassan.consi.63.n.27.fallit post quadraginta annos Gozad.consi.64.num. 14. item fallit quando scientia præsumeretur ibidem grat. consi.125.nume.5. volum. 1. Paris consi. 23. nume.22.volum. 1.Port.consi.149.nume.67. Rim.consi.3. nu. 24. Rom.consi.477.nu.23. Ruin.consi. 54.nu.9.vol. 5.consi. 139.nume. 13.vol.2.Alciat.consi.312. nu.2. Sozin. iun. consi.76.nu.106.vol.1.consi.46.num. 18. vol. 3.Bert.consi.34.num.12.volum. 2.quibus ita

26 suppositis Ampl. Primo in confitente † quia excusatur propter ignorantiam.l.non fatetur. ff.de confess. Secundo Ampl. in eo qui soluit propter ignorantiam facti Din.cap. ignoran-

27 tia † num.3.de reg.iur. 6. tertio Ampl.vt Papa non videat.dispensare ignorato facto Re-

28 buf.in Praxi Benefi.tit.de dispens.nu.13.quarto Docto r nõ excusatur ignorantia Soci.iun. consi 69.nu.48.vol.1. vnde quod sumus disputaturi ignorare non debemus Sozin. l. 5. nume.15.ff de verbo.obligat.quinto eligens

29 indignum non excusatur ex ignorantia Bellam.c.innotuit n.23.de elect. Ripa.tit.de elec. Resp.4.nu.1. Sexto ignorantia ætatis proprię non excusat. Ber.c.super literis.n.12. de rescr. septimo facti alieni ignorantia non excusat

illum

illum qui ex officio sibi iniuncto tenebatur Per quirere Abb. cap. quamuis. nume. 2. de regu. iur. quamuis regulariter ignorantia facti fallat Prudentissimos homines Bellam.ca. neminem. nume. 3. 3. quæst. 6. Dixi ego in tracta. de leg. & stat. 3. P. quæst. 20. nu. 7. Item in factis nobilium non præsumitur ignorantia. Ias. l. si res nu. 37. ff. de leg. 1. Anch. consi. 201. nume. 4. octauo quando aliquid pro forma
31 seruari oportet ignorantia † non excusat Ale xand. consi. 7. nume. 19. vol. 3. nono feudalem rem ignorans excusatur caducitate vnde pœnam commissi non mæretur Cassan. consil. 11. nume. 94. decimo Hæreditatem non aditam non transmittit ignorans Alexan. consi. 163. nu. 2. volum. 2. Item hæreses interdum excusatur ignorantia facti ex testamento pen dentis Goffred. l. cum filium. §. in hac nume. 3. ff. de verborum oblig Alexand. consil. 108. nume. 6. volu. secundo Vndecimo igno-
32 rantia eius quod continetur in literis clausis excusat Alexan. l. si quis mihi. §. sed vtrum. nume. 5. ff. de acquiren. hæred. duodecimo ignorantia iusta excusat à mora Ber. consil. 193. nume. 32. volum. 1. consi. 205. nume. 2. vol. 3. & legiptimatio prolis iudicatur ex igno rantia alterius cōiugū Abb. c. ex tenore nu. 3. q̃ filii sint legiptimi. Decimo tertio nũciationé noui opis nō currit tp̄s ignorāti Soc. l. hoc edicto. n. 167. ff. de no. op. nũc. decimo quarto
33 notariorum ignorantia partibus nocere non debet

debet Decis. Perus. 19. num. 10. in quo magis præsumitur ignorantia quam falsitas; Rol. consi. 38. nu. 32. vol. 1. Iohan. de amic. consi. 29. nu. 7. consi. 42. nu. 13. Non tamen toleratur ignorantia in eo Rom. consi. 127. nume. 2. Decimo quinto Ampl. vt præscritionis tempus non currat ignoranti Alex. consi. 63. nu. 15. vol. 4. Ber. consi. 15. nu. 25. sed an ignorans
34 † pręscribere posit not. Paul. l 1. nume. 5. C. de acq. poss. Balb. tract. de pręscri. 4. P. 4. Principalis. q 28. nu. 3. Bertr. consi. 112. nu. 13. vol. 10. dici tamen potest quod licet ignorans nõ posit posidere incipere, retinet tamen suam possessionem Barth. l. posideri. §. Neratius. num. 1. ff. de acq. poss. Alex. l. si aliquam num. 4 ff. de acq. poss. & animo non potest desinere posidere Goffred. l. fundo. nume. 16. ff. ad
31 l. Falc. ignorans † enim regulariter non perdit possessionem Ias. l. posideri. §. in admictenda nu. 3. ff. de acq. possess. decimo sexto Ampl. vt ignorans periurus non efficiatur Sozin. cons. 58. nu. 10. vol. 3. Decimo septimo ignorans nõ dicitur Iuri suo renunciare Alex. l. nec is. §. hæres. nu. 5. ff de acq. hæred. vbi Ias. nu. 8. Pa-
36 pien. in forma libelli pro hærede in gl. nullo condito ver. 2. Paris consi. 69. nu. 6. vol. 3. Ratio prædictorum est quia ille qui ignorat nõ dicitur velle Paul. l. mater nu. 2. ff. de inoffi. testa. Iohan. tit. de contrah. Merca. nu. 3. nu. 11. sed quatenus dictum est an ignorans præscribat quæro vtrum ipse vsucapere posit not.

Sal.

Sal.l.2.n.6.ff. de acq.pos. fallit primo in teste
perito qui allegans ignorantiam non auditur
Tind.tract. de test.nu. 5. secundo fallit vt scri
37 ptura non excuset ignorantiam facti Ias. l. si
post. C.de iur & fact. ignorantia. Tertio fallit
in subscriptione propria manu facta quæ ex-
cludit allegationem ignorantiæ Crau. consi.
25.numa. 13. quarto fallit vt socius facti socij
non posit allegare ignorantiam Ang.l.iustis-
sime.§.ponitur.nu. 1.ff. de ædil.edicto.quinto
38 allegans ignorantiam patromonij proprij
non auditur Aldobr.§.in fraudem.nu.13.in-
sti.quibus ex caus. man non licet fallit in re-
nunciatione rei incertæ & vniuersalis Ceph.
consi.34 nu.42 vol. 1. & quando renuncias
enormissime læditur idem consi. 142.nume.
39 50.vol. 1.sexto procurator nō excusatur igno
rantia si continuat post mortem Domini Di-
xi ego in tract.mors omnia soluit P.2. n. 187.
septimo instrumenta habens apud se non po
test excusari ignorantia Aret. consi.15.n. 10.
Decis. Bon.69.num. 5. Decis. 7.nu.7.quando
40 autem ignorantia † instrumentorum adduci
posit Socin.iun.consi.128.num.148. vol. 1.
octauo fallit in ignorantia Gabellarum quæ
non admittitur Rim.consi.26.num.18.nono
fallit in his quæ pertinent ad fidem in quibus
ignorantia non addmittitur Ant. de Butr. c.
1.nu.4.de hæret.ca. 2.num.14.de apost. nisi
41 sit ignorantia † probabilis Bellam. in princ.
4.q.21.nu.28.Gemin.c.fideli nu. 24.de sum-

ma trini. & fid.cath.vltra prædicta not.quod ignorantia excusat a condemnatione expen-
42 pensarum Ange. Authen. generaliter. nume. secundo. C. de episcopis & clericis. Item statuti ignorantia non excusat. Ber. capitu. cognoscentes nu. 10.de constit.nec perstatutum statui potest, quod ignorantia nõ allegetur. Ias.l.constituto. nu. 2. ff.de iur.& fact.
43 ignor.licet tamen renunciari allegationi ignorantiæ Ber.consi.201.n 7.vol.1.extrauagantis vero ignorantia non dicitur ignorantia iuris Dom.de s.Gem.consi.38.nu. 1. de multiplici ignorantia not.opus. iudiciale inquisit.versi. ignorantia ex quo colligens quod ipsa mater
44 est errorum omnium Abb.c. cum ex iniuncto nu.1.de heret.

SVMMARIA.
In IIII. Q. Primæ partis.

1 *Difficultas seu impedimentum excusat.*
2 *Impossibilium nulla est obligatio.*
3 *Difficultas magna impossibili equiparatur.*
4 *Difficultas probari debet.*
5 *Probatio difficilis satis est probare p cõiecturas.*
6 *Probatur difficultas iuramento.*
7 *Trobari quid debeat qñ quis difficultate vitatur.*
8 *Duob.impedimẽtis extãtib.vno remoto remouet̃.*
9 *Impedimenti causa cessante cessat impedimẽtũ.*
10 *Quædam fieri probibent̃ quæ facta nõ tolluntur.*
11 *Impedimentum habile non est ad dirimendum.*
12 *Impeditus tenetur mittere procuratorem.*

13 Impe-

40 *Matrimonium iam contractũ non impeditur per impedimentum veniens de nouo.*
41 *Difficultas excusat a mora.*
42 *Nunciare nouum opus impedito succurrendũ est.*
43 *Officium commune habentibus si fuerit in impeditis & reliqui dicuntur impediti.*
44 *Difficultas excusat à periurio.*
45 *Impediti præscriptio non currit.*
46 *Procuratoris impedimentum non nocet Domino.*
47 *Restitutio datur impedito.*
48 *Stipulatio pœnalis impeditur propter difficultẽ.*
49 *Tempus impedito non currit.*
50 *Appellare impeditus succurritur.*
51 *Condemnari non potest in expensis impeditus.*
52 *Debitor ante moram reperempta liberatur.*
53 *Debitor reperempta odio morosi fingitur extare.*
54 *Paria sunt quod res sit in potestate debitoris vel quod per ipsum dolo malo sit factum.*
55 *Debitor quantitatis respectu certæ speciei perempta illa specie ante moram liberatur.*
56 *Debitor quantitatis liberatur.*
57 *Debitor generis interitu rerum liberatur.*
58 *Difficultas non impedit natiuitatem obligationis.*
59 *Difficultas præstande speciei defendit debitorem a mora.*
60 *Debitor succurritur beneficio restitutionis in integrum.*
61 *Difficultas non excusat debitorem a mora.*
62 *Difficultas & impossibilitas, quid differant.*
63 *Testandi difficultas qualiter probetur.*

Quæst.

Quæst. IIII. Primæ partis.

1 Ifficvltas seu impedimé
tum à pœna excusat. l. 1. §. si fra
ter. ff. de colla. bon. Rip. l. quod
te. nu. 38. ff. si cert. pet. Tiraq. de
vtroque retr. tit. 1. §. 1. gl. x. nu.
120. Duen. reg. 199. sed. consi. 122. n. 1. not. l.
continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. Ant. con-
sil. 18. nu. 48. inter consi. crim. Abb. c. signifi-
casti. nu. 11. de foro comp. & hoc quando dif-
ficultas euitari non potuit quia tali casu im-
possibili equiparatur cuius nulla est obliga-
2 tio. c. impossibilium de reg. iur. 6. & dicam la
tius in sequenti. q. pro huius dicti solutione
3 not. quod magna difficultas † equiparatur im
possibili Ber. consi. 88. n. 35. volum. 1. Corat.
tract de com. opin. lib. 3. ti. 12. nu. 10. l. de illo.
ff. de ijs qui de iec. vel effud. gl. §. fere uer. dif-
ficilis inst. de rerum diuis. glo. c. biduum versi.
difficile. 2. q. 6. ca. quantum 47. distin. l. vsu-
fructu. ff. de vsufructu. Ias. l. apud. §. constat nu
me. 7. ff. de leg. 1. l. cum seruus. §. constat. nu.
4. ff. de leg. 1. Ber. consi. 88. nu. 35. vol. 1. l. ne-
pos. de verbo. sign. c. breui de iure iur. secun-
do not. quod nõ sufficit allegari voluntas sed
4 ipsa † est probanda Abb. c. plerumque num.
6. de rescri. c. societatis. nume. 4. eod. tit. ca. ex
transmissa nu. 6. de prescri. potest tamen pro-
bari post multos annos. c. fraternitatis. num.
2. de defrid. & malef. Ang. l. eius nu. 2. c. quo-

rum appell.non recip.Dec.consi. 454.nu. 6.
crau.consi.270.nu.2. Paris.consil. 108. nu.11.
volu.4 Decis.Perus.36.n.6.Tertio not. quod
difficilia in probando satis est probare per ali
qua media per quæ sit verisimilitudo vrgens
rem ita esse Decis. Bon.43.nu.3. Bald. consi.
cõsi 152.vol. 1.n.2.põt tamé probari testibus
vel instrumentis Iohan. And.ca. 1.de dolo 6.
Corn.consi.56.vol.1.Paris consi.67.num.90.
volum.1.c.ex literis.§ fin.ff. de rest. in integ.
Ias.l.2.§.quod diximus.ff.si quis caut.secun-
do modo probatur iuramento.c.quia de elec.
c.1.22.q.1. Soccin.consi.76.nu.14.vol.1 Cato.
l.admonendi nu.34.ff. de iur.iur. Ias.§. sed ita.
nu.94.inst.de act.Aman.sing.231.nu.1.Rom.
sing.271..Præsertim quando de modico præ-
iudicio agitur. Asin.§.7.c.5.lim.59. nume.11.
Guid. Decis.64. Neuiz.consi.41.nu. 10. Abb.
c.cum Bertold.nu.16.de re iud. Ant. de Butr.
c.quia nu.16.de elect. Bal.l.1.nu. 3. de Dilac.
Bald.l.non exigimus.§.quis autem. nu. 2. ff.
si quis caut.fit tamen probatio ista iudicis ar-
bitrio Guid.Decis.64 Cur.l.admonendi.nu.
280. ff.de iu.iur. Alex.l.2.§.quod diximus, n.
2.ff si qu is caut. vant tract. de nullit.de null.
ex def.iur.nu.166.si tamen fuerit impedimé-
tum notorium non est facienda probatio dili
gentiæ Decis.Ped 9.nu.4.Ang. l. in pecunia-
rijs nu.9 ff.de ferijs.quarto not quod ille qui
iuuari velit prætextu difficultatis duo proba-
re debet.Primo vt illud fuerit tale,vt remoue
ri ne-

ri a nemine potuerit.l.sed &si §.2.ff. ex quib⁹ causis maior Bar.l.quib. ff. de cond. & dem. Deci. consi.677.nu.4.Gozad.consi.38. num. 11. Socin.iun.consi.76.nume 79. vol. 1. crau. consi.270.nu.3.secundo debet probare impedimentum fuisse in causa ne præstiterit quod præstare tenebatꝛ, vt quãtũ in se erat oĩ diligẽtia vsus fuerit.l.q̃ cõmeatꝛ.ff.de re mil.Cra.cõ
8 si.151.n.22.Dec.cõsi.454.n.6.Boer. Dec.40. nu.4.quinto not.q̃d Duob.impedimẽtis extantib⁹ vno remoto remanet et reliquũ Bell. c.ex tuarũ.n.8.de Auth. & vsu Pall. Goffre.l. a via. n.6. ff.de cond.& dem.sexto not.quod cessante causa impedimẽti cessat illius dispo-
9 sitio Doct.l.&si contra.ff.de nupt.c.post. trãslationem de renunciat. Bald.l. si ob turpem. ff.de cond. obturp. causam Mant. consi. 161. Tiraque.reg.cessante causa nu. 118. Septimo not.quod facienda quædam impediunt, quæ
10 non impediunt facta Specu.tit.de tutore. §. 5. nu.10.vol. 1.quia non omne habile ad impediẽdum dicitur esse habile ad dirimendum. Goffred.c.quod votum nu.7.de voto, Octa-
11 uo not. quod † requirens Principis potestatem repetatur difficile Ceph. consi. 207. nu. 79. Soc iun.cõs.74.n.23.vo.1.nono no.q̃d impeditus facto. Tertij dẽt protestari Alex.l. nõ eximimus.§.q̃d diximus.n.7.ff.si qs cau. Ant. c.pro defectu n. 20.de elec. Paul.cõs.13.n.50. vol.3 Crau.consi.51.n.23.Paris.cõsi.34.n.18. vol.1.& hoc nisi fuerit notoriũ Paris.c.101.n.

94.vol.1.consi.5.nu. 66. volu.4. alias nisi fiat protestatio non excusatur glo. c. cupientes.§. quod si de elect.6. Bart.l.1.§.Dies. ff. quando appell.sit secus in alijs impedimentis in quibus protestatio non est necessaria licet sit vtilis & ad cautelam fiat Doct. c. ex ratione de appellat.not.l.2. C.de naut. fen.c. plerumque de rescrip. Fel.c.ex transmissa de præscri. De-
12 cimo not.quod † impeditus tenetur mictere procuratorem in reb.illis quæ celeritatem requirunt Bellam.c.finem. num.24. de dolo & cont.Dec.consi. 699.nu. 3. Faber inst. de his per quos agere possimus Ias.l.non exigimus. §.si quis nume.7. ff.si quis caut. Ampl. & limit.vt per Socin.in tract. Fall. Reg.326. Bar. l.is qui ff.de publ. iud. Fallit primo in pœna
13 conuentionali † Feder.consi.122.nu.1.secundo fallit vt licet excuset a pœna non tamen excusat & liberat ab obligatione Alexā.l.idé §.constat.nume.3.ff.deleg.1.Faber.§.exceptis nume 3.inst.delegatis Ias.l.inter §.sacram.nume.7.ff.de verb.oblig. Imo.l. continuus. nume.13.ff.de verb.oblig.Paris.consi. 157. nu.
14 3.volum.1.tertio fallit quando difficultas euitari potuit Meuoch. tract. de Arb.iud. lib. 2. Cent.3.cas.237.num.20.l.si fideiussor.§. si necessaria.ff.qui sat.cog. Tiraq. de vtroq; retra. §.1.gl.10.nu.25.Decis. Per.36.nu.8. Ant. ca.
15 inter.n.2.de cler.non resid.quarto fallit quādo quis causam impedimenti fuit Doct. cap. cupientes. §. cæterum de elect. similiter hoc

idem

idem quando affectatum vel procuratũ fuit Doct.l.2.§.simili.ff. si quis caut. quinto fallit quando superuenit impedimentum tempore purgationis moræ Doct.l.sancimus C de fide
17 iussor.sexto fallit in contractu stricti iuris Ias. l.apud.§.constat n.3.ff.de leg.1.septimo fallit vt quæ possunt expediri per procuratorem
18 difficultas † non excusat Decis.Perus.36. nu. 6.Innoc.c.cum inter de elect. Ant. c. querelã nume.8. de procurato. Octauo fallit quando quis tarde iter arripuit nam tunc impedimen
19 tum nocet Ant.c.in veteri nume.35.de elect. Ampl.multis modis primo vt in casu Decis. Boer.40. vbi impeditur agere non sibi præiudicat,secundo Ampl. vt appellare impeditus
20 succurratur per † restitutionis in integrum. Decis.Pedem.28.nume.10.Guid. Decis.205. Guid.sing.360.& sing.332.Spec.titu. de appell.lib.2.§.x.num.12 & excusatur etiam intemperies aeris Bart.auth.de his qui ingred.
21 nume.4 Tertio Ampl. vt contrauenire non dicitur impeditus Ias.l.si quis num.7.ff.de iurisd.omn.iud.not.l.qui iuralle.ff. de iure iur. Aegid.Boss.tit.de Carcer.fideiuss. nume. 47. quarto Ampl.vt conductor impeditus.vti do
22 mo conducta facto tertij mercedem ipse soluere non cogitur Socin.iun.consi.120.nu.2.volum.3.Bertr.consi.15.num.12.volum.2.est tamen notificandum impedimentum locatori quo conductor fuit impeditus re conducta Paris.consi.100. num. 44. vol. 4.quinto

Ampl.

Ampliatur. vt citatus excusatur propter impedimentũ Boer Decis.40.nu.4 Ant.c.cum dilect.nu.26.de dolo Ber.consi.60.nu. 4. sexto Ampl. vt promictens cautioné idoneā si non seruauerit pp impedimẽtũ excusatur Decis. Pedẽ 20.in terminis. Item Ampl vt impedito cultori nõ currat tempus siue, fuerit iuris im-
24 pedimẽtũ siue facti vt si fuerit suspensus vel excõmunicatus ẽt sua culpa Alex. consi. 58. vol. 5. Reb. in praxi Benef. in Reg. de deuol.
25 nu.13. Septimo Ampl. vt impedimẽti species specifice & in indiuiduo exprimi dẽt ad hoc vt quarta dilatio detur. decis. Bon. 45. nu. 6. Bar. consi.97. Alex.l. fin. ff. deferijs. num. 15. Alex. consi.101. nu.4 vol. 5. octauo Ampl. vt
26 debitor ante morā re perẽpta liberatur quia redacta est obligatio ad eum casum a quo incipere nõ potuit l. si homo. l. si impossibilis. ff. de verb. obl. casus enim fortuitus, non est ad scribendus culpe debitoris. l. cũ duob. §. damna. ff. pro socio Ampl. & limit. vt per ripam. l. quod te nu 4. ff. si cert. pet. generaliter tamen non procedit quando res perierit post morā
27 quia res perempta odio morosi fingitur extare l. nemo. §.1. ff. de verb. oblig. Ripa d. loco n. 12. Item notatur quod debitor quātitatis respectu certe speciei perempta illa specie ante moram liberatur Rip. d. loco nu. 18. debitor tamen quantitatis suis rebus amissis non liberatur ab obligatione quia quantitas in gene-
28 re perire non potest sicuti debitor generis

interi-

interitu rerum ſuarum non liberatur quia ge
nus perire non poteſt l. de ratione. §. incerte.
ff.ad l.falc.l.incẽdium.C.ſi cer pet.niſi fuiſſet
genus ſub alternũ Rip.d.loco nu.26.& in ca
ſu quo quis excuſatur pp difficultatem intel
ligitur quando difficultas fuerit tanta quod
caſui fortuito quodãmodo aſſimilaretur alias
29 ſecus no.l.quoties.§.in poteſtate.ff. de naxal.
l. ſi ſeruum.§ ſed ſi ff.de verb obli. ſed de his
in fine huius q.dicetur.nono Ampl.quod em
phiteota qui propter difficultatem nõ ſoluit
canonẽ excuſatur a pœna caducitatis ſeu cõ-
miſsi etiam quod iuraſſet Iaſ.l. 2. §. ſi quis in
iudicio.ff.ſi quis Cau Ripa d.loco nu.41 de-
31 cimo Ampl vt præſcriptio eligen. non currat
impedito Bald.c.is qui nu.1.de elect. Vndeci-
mo Ampl.vt fatale ſecũdũ & ſequitur impedi
32 tus Neuiz.conſi.41. n.15.duodecimo Ampl.
vt facta aduerſarij impeditus executionẽ pro
ſequi elapſo tempore illã proſequitur Bar. l,ſi
cum ipſe nu.1.ff.de excu.tut.Ber.conſi.115.n.
3.vol.3.decimotertio Ampl. vt ſi fuerit diffi-
cultas ſoluend.debitor non tenetur ad inte-
33 reſſe quanti plurimi Plot.tract. de in litem iu
ran §. quarto nume. 73. l. diuortio.ff.d nego.
geſt.l. ratio. §. ſi per venditorem. ff. de actio.
empt.l.nam is.ff.de dolo l. pœcuniæ. ff. de v-
34 ſur. decimoquarto Ampl. vt ſi inſtantia pe-
rierit aliquo impedimento reſtituitur ita in
35 terminis Deciſ. Peruſ. 36. nume. primo & ſe
quen.decimoquinto Ampl.vt ſi patronus fu-
erit

erit impeditus non currit ei tempus ad præsentandum Roch. tract. de iure patr. ver. competens nu. 24. not. c. quia de concess. pręb. decimo sexto Ampl. vt si impedimentum fue-
36 rit propter culpam iudicis non impedit tempus currere. nisi pars protestetur sed succurritur per restitutionem Alex. l. si finita. §. eleganter. ff. de damno infecto consil. 114. nume. 3. vol. 5. consi. 69. nu. 7. volum. 7. decimo sexto Ampl. vt non solum infirmitatis suæ sed etiã
37 suorum impedimentum † excuset Alexan. l. si quæsitum nu. 8. ff. de re iud. decimo septimo Ampl. vt difficultas maxima vitiet legatum Ias. l. apud §. constat. nume. 7. ff. de leg. 1. fallit
38 quando difficultas respicit † dispositionem Soccin. l. si mihi. §. 1. ff. de leg. 1. decimo octauo ampliat, vt libertatis impedimentum respiciens personam non impediat rem Bellã. c. proposuit nu. 8. de foro competent. decimo nono ampl. vt si literarum expeditio fuerit im
39 pedita excuset Paris. consi. 143. nu. 3. vol. 4. vigesimo Ampl. vt mulio si fuerit impeditus excusetur a pœna propter difficultatem Ferrett. tract. de Gabell. num. 91. l. si vehenda. ff.
40 ad l. Rod. de Iactu. vigesimo primo Ampliatur, vt matrimonium iam contractum non dirimatur per impedimentum veniens de nouo, Gem. cap. ex sponsalibus nume. 5. de sponsal. in cap. vigesimo secundo ampl. vt difficultas excusat a mora Ias. l. si ita. §. Titius. nu. 14. ff. de verbo. oblig. Salic. l. ratio. nu. 2. ff. de act. empt.

empt.Soccin.num.13.ff.de sol.mat. Cagnol. l.quod te nu.104.ff.si cer.peta. Fulgos.l.Centum.num.9.ff.de eo quod certo loco vigesimo tertio Ampl.vt impedito nunciare nouũ opus succurrendum est.Bart.l.de pupillo.§.si quis.nume.32.ff.de nou.oper.nunc. vigesimo quarto Ampl.vt officium commune haben-
43 tibus si fuerit vnus impeditus & reliqui dicuntur impediti Ant.de But.c.1.nu.6. de offi. deleg vigesimo quinto ampl.vt dificultas excuset.à Periuro decis.ped.92.nu.20.fel.ca. ad nostram de iure iur. Ant. consi.18.nu. 48.in-
44 ter † consi.Crim. Neui.consi.59.nu. 16.glo. c.Breui de iure iur. Alexand. consi.92.vol.1. Purp.l.quod te.nu.58.ff.si cert.pet.non tamẽ excusat a iã in curso Ias.l. 2. §. quod diximus ff.si quis caution. Old.consi.277.Alexan. d.l. quod te.nu.21.Petr.l.si pater nu.3.C. de collact.l.si post.nume.5.ff.si quis cau.Ber. consi. 88.nu.33.vol.1.Ias.l.Titia.nu.19.ff.de verbo. oblig.l.qui iurasse.nu.5.ff.de iure iur. l. nummis. nume. 5. ff. de in litem iur. Præsertim in obligationibus facti Soci.in l. quod te nu. 30. ff.si certum petat.ab.cap.Breui num.1. de iur.iur.Bertr.consi 69.nume.4.volum 2.vigesimo sexto Ampl. vt impedito Præscriptio non currat aduersarii potentia Boer. decis. 41.nu.9.Conr.consi. 55.nu.30.vol.3.& hoc si iuris impedimentum fuerit quod si facti necessaria erit restitutio Iason.§.Rursus. nu.24. instit.de action. Boer.decis.40.nume.Balb.de

præscr.

præſcri.P.1.6. P.caſ.22 nu.16.Caſſan.in conſ. Burg. rub §.8.n 26.vigeſimo ſeptimo Ampl. vt impedimentum procuratoris non noceat
46 Domino ſed excuſat † Bart.l.cum filius.§.in hac nu.6 ff.de verb.obl. Gem.c.cupientes.§. in ſuper de elect 6.vigeſimo octauo Ampl. vt impedimento dato partis aduerſæ non currat tempus Aret conſi.111 nu.7. Bar.l.ſi cum ipſe n.1.ff de exc tutor.vigeſimo nono Amp. vt vbi licentia Principis requiritur difficile iudicatur Barto.l.apud §.ſi conſtat.ff.de lega.l. Principis enim factum impedimentum dicitur Pariſ.conſi. 5.nume.52.volu. 4 trigeſimo
47 Ampl.quod omni caſu.quo difficultas excuſat ſi fuerit probatum impedimentum reſtitutio datur in integrum Aret.conſi.16. num. 3.deciſ.Peruſ.36.nu.2.glo.l.commeatus.ff de re mil.Angel l.ſi ita nume.2.ff.de verbo. obli. Aret.conſi 104.nu.9. Bart. l. ſi quis ingraui. §.eleganter.n.3.ff.ad Sillan. Iaſon.l.cum quidam nume.1.ff.de acq.hære. trigeſimo primo
48 Ampl. vt ſtipulatio pœnalis impediatur propter difficultatem Bart.l.4.§. Cato.num. 14. ff,de verb.obl. Ber.conſi.150.num.34.vol.1. conſi.193.nu.4.vol.primo conſi.17.num. 19. vol.1.Trigeſimo ſecundo Ampl.vt tempus im
49 pedito non currat Ant.c.his quibus nu.3.de elect.c.ex parte nu.26.de reſcri. c. quia nu.7. de cõceſſ.præb.Bar.l.1.n.1.ff.de diu. & temp. præſcr. Ber.conſi.151.nu.37.vol. 1.Sal.l.fi.nu. 7.C.ad l.iul.de Adult. Corn.conſi. 55. nu.10.

vol.

vol.2.consi. 210.n.3.vol.i. Lamb. tract. de iur. patr.art.1.q.2.p.2.nu.4.Soccin.iun. consi. 117. nu. 4. vol. 2. Trigesimo tertio Ampl. vt difficultas superueniens in persona procuratoris ad tutorem petendum missi excusat matrem Ange.l.cum a matre C. qui petere tut. poss. trigesimo quarto Ampl.vt impeditus in productione vnius testis habet terminũ ad producendum pluties Bald.l. pridie.num.2. ff. de fer.item impedimentum resultans ex timore subornationis si cessat tunc non obstat publicatio testium Alex.consi.74.nume 6. vol. 4. trigesimo quinto Ampl. vt impedimentum itineris excuset citatum a contumacia Ber.cõ
50 sil.28.vol.3.trigesimo sexto Ampliatur vt impeditus appellare succurratur & sex impedito ponũtur a iure videlicet infirmitas carceratio & paupertas appellantis secundum est cõpromissum factum de lite Clem. quandiu de appell.tertium si appellas petat longiores dilationes Innocen.cap.ex ratione de appellat. quartum ex negligentia procuratoris, quintum si iudex noluit vel non potuit in causa procedere sextum est casus fortuitus contingens in itinere Doct. cap. ex ratione de appellatione non tamen probatur impedimentum non prosequtę appellationis intra annũ per vnum testem cum iuramento in supplementum probationis.gl.l fi.ff.quod met.causa.l.fi. §. illud ff.de temp.appell.restituitur tamen ad tantum tempus quanto fuit impeditus

tus per iudicem prosequi appellationé Inno. c.ex ratione de appell. Alex l. de pupillo. § si quis ff.de nou. oper. nunc. vigesimo septimo
51 ampliatur, vt impeditus non possit condemnari in expensis, quia nec sententia contra eũ super Principali valet si iudex ipse sciuit impedimentum Doct.l.2. §. 1. ff. si quis caution. Innoc. c. pen de dilat. vnde cautela est quod quis notificet iudici impedimentum vt postea processus sic factus dicatur nullus ex istis ampliation. ita firmatis concluditur Primo
52 quod debitor ante moram re perempta liberatur quia redacta est obligatio ad eum casum quo incipere non posset l. si homo.l. si impossibilis.ff.de verb.oblig.non enim casus fortuitus adscribendus culpe debitoris l. cum duobus. §.damna.ff.pro soc. Ampl. Primo procedere etiam re perempta post interpellationem factam prius quam dies cesserit.l.cum filius. §.fi.ff.de verb.obli.secundo ampliatur ét si nesciatur vbi res sit.l.cũ res.§.itaq;. ff. dele. 1.l.cum ita.§.species. ff. deleg. 2 tertio ampl. vt si in commercio amplius non fuerit.l. si mihi.ff. de solut.quarto ampl. etiam quod debitor desierit possidere ad hoc enim non tenetur de interitu secuto ante moram.l.venditor §. 1.ff de hæred. vel act.vend. & hoc nisi dolo desierit possidere quinto ampl.in debitore facti respectu certę speciei quia ea perempta ante morã liberatur ab obgligatione. l. si decesserit.ff.qui satis.co.l.4. ff.si quis caut.sexto ampliatur.

pliatur. in debitore quantitatis respectu certæ speciei.l.Titio.§.fin.ff.de leg.1.Ampl.septimo vt procedat in debitore quantitatis simpliciter qui post oblationẽ quantitatem perdidit hoc etiam liberatur ope saltim exceptionis.l.si opera.ff.de excep.l.interdum.§. fin.ff. de verbo. obliga. Octauo ampl. etiam re perempta post moram purgatam l. si seruum. §. sequuntur.ff.de verb.obliga.Nono ampl.etiã si ante moram res desierit esse debitoris absque sua culpa.d.l.si seruum.§.item supra.decimo ampl. vt specie perempta liberatur iure l.qui decem. ff. de solut. limitatur primo nisi dolo & culpa debitoris res interierit ante moram vt si animal debitum occiderit. l. si ex legati.l.si seruum.§.si sequitur.ff.de verb. obli. ratio ne sit in potestate debitoris se in proprio facto eximendi ab obligatione,vnde dici solet,quod male factum debitoris habetur loco more,extenditur Primo hoc dictum procedere indebitore in diem vel sub conditione si culpa ante conditionis euentum interuenerit:secundo extenditur etiã si debitor nesciẽs se deberi animal occiderit:Tertio extenditur non solum si præcessit culpa sed etiam negligentia quando fuit negligentia cadens in latã culpam secus si in leuem vel leuissimam. l. si quid.§.sicut.ff.de pet.hæred. quarto extenditur non solum si res interierit ante moram facto debitoris,sed etiam facto eius in quẽ debitor alienauerit: nam factum possessoris reputatur

putatur factum debitoris. l. Iulian. ff. de rei ued.l.Titius.ff.de seru.ex port. quinto extenditur vt procedat etiam si tertius in iniuriam debitoris acciderit, nam hoc casu interitus adscribitur culpæ debitoris.l.si merces.§.culpę. ff.locati.l.arbitrio.§.fin.ff.de dolo secũdo loco fallit in debitore, qui sciebat speciem promissam interituram ante moram & non denunciauit, hic enim propter omissam denunciationem tenetur ad interesse Ias. l. si viua. §.fi.ff.de peric. & conm. rei vend.tertio fallit indebitore obligato ad custodiã ex debito officij, vt in pastore qui mortuis animalibus nõ liberatur nisi probet illa casu interijsse. Doct. l.cũ ita.§.species. ff.de le. 2.quarto fallit in cõtractibus innominatis not.l. fin. ff. de Cond. ob causam, quia ad implementum ex parte vnius alterum constituit in mora.l.curabit. ff. de act.empt.quinto ampliatur quando etiam res erat in conditione.l.cum quidam.ff.de cõ
53 di.indeb.secunda conclusio † est quod debitor re perempta odio morosi fingitur extare. l.nemo.§.primo.ff.de verborum obligat. tertia sit conclusio parum esse quod res sit in potestate debitoris, vel quod per ipsum dolo
54 malo sit factum, quoniam esset vel fuerit. primo quoniam res semel habita in potestate per maneret.l.paré.ff.de reg.iur. l. qui dolo ff. eod. l. is qui ff. de rei vendica. quarta conclusio sit quod debitor quantitatis respectu certe speciei perempta illa specię antę
moram

moram liberatur.l. electio. § is qui. ff. de noxal. quinta conclusio sit quod debitor quantitatis suis rebus amissis non liberatur ab obligatione, quia quantitas in genere perire non potest. not. l. incendium. C. si certum petatur fallit hoc nisi periret species quæ sit causa finalis obligationis quantitatis. secundo fallit nisi creditor fuerit in mora recipiendi oblatam quantitatem, tunc non est ęquum debitorem teneri pecunia amissa quia non teneretur si creditor accipere voluisset. l. qui decem. ff. de solut. & eo casu debitor liberatur ope exceptionis, fallit tertio nisi aliter conuentum sit. l. periculi. ff. de naut. Fœn. quin contractus ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conueniat. ff. de act. quarto fallit vbi cõtingit quantitatem in totum perire vt si debitum sit in aliqua pecunia quæ quidem deinde reprobetur a principe debetur tamen tanta quantitas ex alia quia licet liberetur ab illa solutione non tamen obligatur a totali obligatione not. l. creditor. ff. de solutio. nempe a solutione extimationis. l. Paul. ff. de solu. quinto fallit in debitore ex cõtractu principaliter celebrato ĩ fauorẽ ipsius creditoris. l.
57 Titius. ff. de præscr. verb. sexta cõclusio sit qđ debitor generis ĩteritu rerũ suarũ nõ liberatᶜ qa genus perire nõ põt. l. in rõne. §. in certæ. ff. ad l. Falc. l. incẽdiũ. C. si cer. pet. septima eliciᶜ cõclusio qđ difficultas nõ impedit natiui
58 tatẽ obligationis sed bñ morã cõmicti Ripa.

d.l.quod te.num. 36. octaua concl. sit quod difficultas excusat debitoré facti a mora l. si vehenda. §.idem.ff.ad l.Rod.de iactu ampl.vt excuset etiam a periurio quod incurritur pro pter moram in faciendo c. breui de iure iur. secundo ampl. vt procedat etiam indebitore facti explicandi in iudicio. l.2. ff. si quis cau-ction.l. 4. §.cato.ff. de verbo. obligat. Tertio ampl.in debitore facti explicandi coram arbi tro.l.apud. §. si arbitrum. ff. de exc. doli vn de iussus comparere coram iudice sub pœna excommunicationis latæ sententiæ non in-currit censuras si fuit impeditus Abb. ca.2.de
59 testib.cogen octaua concl. sit difficultas præ standę speciei defendit debitorem a mora nã accedit impossibilitati.l.cum seruus.l.cũ res. ff.de leg.1.Amp.etiã si debitor negaret se debere:declaretur tamen quãdo difficultas fue-rit tanta quæ casui fortuito assimilaretur.l. quoties.§.in potestate.ff.de noxal.Item decla ratur quando difficultas venit post contractã obligationem secus si suberat a Principio & erat debitori nota ne creditor delusus videa-tur.l.pen.§.magistratum.ff.de exercit.l. pœn. ff. de iur. doct. Nona conclusio colligitur ex prædictis quia difficultas non excusat debito rem quantitatis a mora & est comm. opin. vt per rip.d.l.quod te nu.52. quib. ita conclusis aut quæritur de pœna vel obligatione quæ committitur per conditionis euentum & ab hac difficultas non excusat l.in illa. ff. de ver

borum oblig. Aut quæritur de mora & tunc ſubdiſtingue., aut de mora regulari aut irregulari primo caſu aut agitur de obligatione à lege introducta propter moram & ab hac difficultas excuſat aut agitur de obligatione cõuentionali cauſata propter moram & difficultas ab hac non defendit debitorem. l. ad diem de verborum obliga. ſecundo caſu difficultas excuſat debitorem in caſibus tamen in quibus non excuſatur debitor propter difficultatem ſi tamẽ a iuſta cauſa difficultas cau
61 ſata fuerit ſuccurrendum eſt debitori beneficio reſtitutionis in integrum ex cauſa generali Barth. l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. obl. & nota quod quãuis magna difficultas ęquiparetur impoſſibilitati. eſt tamen hæc differẽtia inter iſtas quia difficultas dicitur impedimentum perſonæ non iuris vel naturæ, impoſſibilia vero dicuntur quæ a iure vel natura fieri impediuntur. l. inter. §. ſacram. ff. de verbo. oblig. Bar. l. 1. ff. de condit. inſt. & prædicta ſunt quod difficultas excuſat procedunt nõ ſolum in cõtractibus & iudicijs ſed etiam in vltima voluntate. Goffred. l. ſi quæramus. nu.
63 19. ff. de teſtam. ille vero qui proponit aliquẽ dediſſe impedimentum ad teſtandum tria copulatiue ipſe debet probare. Primo quod fuerit impeditus per actus producentes prohibitionẽ: ſecũdo qđ ille impeditus eo tpe volebat teſtari. Tertio qđ ĩpedit⁹ volebat inſtituere hr̃des querelãtes Paris cõſi. 167. n. 30. vo. 3.

SVMMARIA.
In V. Q. Primæ partis.

1 Impoſſibilium nulla eſt obligatio.
2 Impoſsibile quid ſit.
3 Diſpēſatio vbi requiritur impoſsibile reputatur.
4 Lex noua vbi requiritur conſtrui dicitur impoſſibile.
5 Voluntas vnius vbi requiritur dicitur impoſſibile.
6 Difficile valde dicitur impoſsibile.
7 Quod fieri non poteſt de iure neque ſecundum naturam fieri poteſt.
8 Mortis periculo quod fit impoſsibile dicitur.
9 Miraculum quod requirit impoſsibile creditur.
10 Beneficium extraordinarium quod requiritur impoſsibile iudicatur.
11 Principis factum quod requirit impoſsibile iudicatur.
12 Ciuitatis factum quod requirit dicitur impoſſibile.
13 Perplexitas facit factum dici impoſsibile.
14 Contrariorum repugnantiam continens dicitur impoſsibile.
15 Reſtitutio in integrum vbi requiritur dicitur impoſsibile.
16 Impoſsibile de iure de natura de facto & contra bonos mores æquiparantur.
17 Deus impoſsibile non iubet.
18 Differt multum, an impoſsibilitas ſit in diſpoſ. ea enim vero in conditione.

19 Impoſsi-

19 *Impossibile dicitur quatuor modis.*
20 *Impossibilitas duplex.*
21 *Contractus vitiatur ex impossibilitate.*
22 *Stipulatio rei impossibilis est nulla.*
23 *Creditor qui non potest reddere chirographum liberatur dando apocam.*
24 *Emphiteota excusatur a caducitate ratione impossibilitatis.*
25 *Facti impossibilitas non inducit petitionem ad interesse.*
26 *Impossibilitas superueniens intra terminum excusat non extra lapsum termini.*
27 *Periurus non efficitur propter impossibilitatem.*
28 *Vltima voluntas q̃uo vitiatur ex impossibilitate*
29 *Executor qui adimplere non potest mentem testatoris quomodo excusetur.*
30 *Negatiue impossibilitas apposita quomodo intelligatur.*
31 *Iudicia quomodo reddantur nulla ex impossibilitate.*
32 *Confessio fundata super impossibili non præiudicat.*
33 *Testi deponenti impossibilia non creditur.*
34 *Sententia dicitur nulla siue sit impossibilis de iure siue de facto.*
35 *Pœna excusatur ex impossibilitate.*
36 *Appellans excusatur propter impossibilitatem.*
37 *Executio non impeditur ob impossibilitatem.*
38 *Præscriptio non currit stante impossibilitate.*
39 *Exibitionis tempore superueniens impossibilitas excusat.*

40 *Matrimonium contractum ſub conditione impoſſibili non redditur nullum.*

41 *Diſtinctio multiplex quomodo procedat regula.*

42 *Ratio quare impoſſibilium nulla ſit obligatio.*

Quæſt. V. Primæ partis.

IMPOSSIBILIVM nulla eſt obligatio. l. impoſſibilium de reg.iur.c.nemo poteſt de regu. iur.6. l. ſi ſtipuler. ff. de verbo.
1 oblig.l.cum hæres §.1.ff.de ſtatu liber.§.impoſſibilis inſt. de hæred. inſtitu. Bal.l.eam col.9.C.de fid.l.ſi deceſſerit.ff. qui ſatiſd.cog. Euer.in loco ab impoſſibili.nu. 1. gl.d.c.nemo poteſt Marſ.in praxi Crim.§.ſequitur.nu.32. Dixi ego in tractatu de leg. & ſtat.p.3.q.8.nu.9. Paul.l. fin. nu.7. C. de fide inſtr. Salu.inter conſilia diu.conſi.7.nume.2. Aret.conſi.142.nu.2. Marſ. tract. de fideiuſſ. nu.152.Caſſan.in conſuet Burg.§.7.verſ.ſed pone nu.9.Corn.conſi.55.nu.9.vol.2.Capic. Deciſ.95.nu.8. Rol.conſi.43.num. 25. vol.2. pro cuius dicti declaratione notandum eſt primo quod impoſſibile eſt illud, quod iure vel facto expediri nō poteſt. Spieg.in exi con. ver.impoſſibile quod contingere poteſt mul
5 tis modis. Primo vbi requiritur diſpēſatio dicitur impoſſibile Ang.l.continuus.§.cum quis nu.2.ff.de verb.obli.vt modo dicam ſecundo

hoc

hoc idem quando aliquid non est honestum. Pet.ghir.sing. 82.nu. 2. tertio hoc idem vbi ad obtinédum aliquid lex noua requiritur Bart.
4 l.continuus. §.cum † quis nu. 6. ff. de verbo. oblig. Ias.in add. ad port. §.si impossibilis nume. 2.inst. de inu.stip. Ang. l.in fideicommis-
5 si.nu.2.ff.de vsufruct.quarto dicitur impossibile quando aliquid non potest expedire nisi per vnam personam tãtum.l. apud.§.2. ff.de-leg.2.Ang. d.loco.nu.2.quinto dicitur impos
6 sibile id quod valde difficile est dixi supra in casu proximo.differunt tamen in hoc secundum Barth. quia facti impossibilitas excusat difficultas autem non l. vsufructu.num.6. C. vsufructu Bellam.c.non nulli.n.30. de rescr.
7 sexto † quod fieri non potest de iure neq; de natura Barth.l.continuus.§.illud.nume.2.ff.
8 verb.oblig.septimo impossibile iudicatur qđ citra mortis periculum fieri nequit Grat.cõ-
9 sil.1.nu.93.vol. 1. octauo dicitur impossibile illud quod tantum fieri potest per miraculũ not.c.fraternitatis de frig. & malefic.Cagnol. l.impossibilium.nu.2.ff.de reg. iur. nono impossibile dicitur, quod fieri solummodo po-
10 test per beneficium extraordinarium. Innoc. cap.pastoralis de causa poss. & propr.decimo quod pendet a volũtate Principis dicitur impossibile not.l.apud.§. fin. ff.delega. 1. Soc.l. quidam.ff. de reb.dubijs. natta Clem.sepe de verbo.signifi. Aquens.l. Gallus.§. instituens. colum.1.ff.de lib.& posthu. Cagnol. d.l.im-

possi-

posibilium.nume.2.ferrett.consi. 5.nume.9.
11 Abb.c.cum esses.nume. 19.de testam. Alex.l.
cum seruus.nu. 5.ff. delega.1 .l.obtinuit.ff.de
cond.& dem.Ang.l. in fideicommissi. nume.
2.ff.de vsufruct.Port.§.si imposibilis. nume.
secundo insti.de inut.stipul.Nic. de vbald.in
tract.de success.ab intest.nu.16. Tiraq. in tra-
cta.lignag.§.32.l.vnica.nume.56.Barb.consi.
57. nume.15.volum.3. Bert.consi.126.nume.
3.volum.11. Bart. l.idem §.constat.nume.2.ff.
de leg.1. Iason.l.apud §.constat.num.13.ff.de
leg.1.l.omnino.§.imputari.nu.3.C.de inoffi.
testamento.Imola.l.hæreditas. nume.5. ff. de
hæred.insti.l.qui cum maior.ff.de bon.liber.
Crotus.l.si is qui nu.70.ff. de vsucap. Beren.
l.vnica nume.120. C. de senten. quæ pro eo
quod int. Natta clem.sæpe not.4.de verbo.si-
gnifi. Paulus.l.continuus. §. cum quis. nu. 5.
ff.de verbo.oblig. Soccin. l. quidam nu. 11.ff.
de rebus dubijs.Ampliatur hoc idem procede
re in his quæ pendent à voluntate vnius Ia-
son l.apud.§.constat.nu. 13.ff.de leg.1.secun-
do hoc idē q̄ pēdēt à potestate Principis. l. 1.
§.municipes.ff.de acq.po.Socc.consi.74. vol.
4.declaratur hoc idem procedere in his quæ
impetrari non possunt nisi maxima cū diffi-
cultate nam in his,quæ princeps defacili con
cedere solet non proceditur, ita declarat ri-
pa l.in quartam nu.164.ff ad l. Falc.per l. 1. §.
permittitur.ff de aqua quot æst.l.quidam. ff.
de reb.dub. Cardinal.Paleaot.in tract.de no.
spurijs-

ſpurijſque filijs c.28.num.4. Corn.conſi.217. nu.5.vol.3.conſi.207.nu 5. vol 4. ſecundo declaratur, vt licet dicatur impoſsibile quod pẽdet à voluntate Principis, non tamen excuſatur, quis niſi fecerit quod in ſe eſt ſupplicando principi. Crau.conſi.121.nu.10. tertio modo declaratur vt hoc intelligi debeat quando abſtractum eſt ab omni iuſtitia & nititur ſoli gratiæ. Decií Canon. de acqui. rerum Dom. nume.14. Didac.in tract.de matr.p.2.c.3.nume.8. Soccin.conſi.51.nume.1 vol.1. Dec. conſil.177.nu.5. Tiraq.in tract.de retr.lign.§. 32.
13 gl.1.n.63. vndecimo impoſsibile dicitur quod ex perplexitate cauſatur Iaſ.l.ſeruus.§.Titius nume.6.ff.de vulga.Imola l. 1. nume. 18. ff.de cond.inſt. Abb.conſi.24.nume.1.Crau. conſ. 179.nume.5. Oldr.conſi.242.Port.§. ſi impoſſibilis inſt.de inut ſtipul. quod dictũ intellige quando nullo probabili modo poteſt diſſolui, ſecus autem ſi diſſolui poſsit aliquo modo ita Alba d.loco nume. 3 ſecundo declaratur, quia in materia perplexitatis debet conſiderari, vtrum perplexitas cadat inter res dignas vel non dignas pari fauore, nam ſi altera fuerit fauorabilior debet præferri & fit interprætatio in eius fauorem.l. fin. §. Titius. ff. de vulga. Bar.l.prima.ff.de cond.inſt. Abba.d.loco nume.nono, duodecimo impoſsibile dici-
14 tur, † quod continet repugnantiam contrariorũ not.l.vbi repugnãtia ff.de reg.iur.decimo tertio dicitur impoſsibile qđ nõ eſt veriſi

mile

mile Abb.conſi.8.nu.14.decimo quarto im-
15 poſsibile dicitur, † quod non poteſt haberi
niſi per viam reſtitutionis in integrum Inno-
centius.c.paſtoral.de cauſa poſſ.propriet Soc
cin conſi.116.volum.1.Tiraq.in tract.de retr.
Lignagier.§.32.gl.nu.59. Dixi ſuper in not.
9.ſecundo principaliter†not. quod credibilia
multa ſnnt impoſsibilia Imol. l. mæuius.nu.
16 2.ff.de leg.2.tertio not.quod impoſsibile† de
natura de iure de facto & contra bonos mo-
res equiparantur Iaſ.l.ſi ſtipuler num. 2.ff.de
verb.oblig. quarto not. quod Deus impoſsi-
17 bile† non iubet. Sylua nupt.lib.1.num. 120.
quinto not. multum differre an impoſsibili-
18 tas † ſit in conditione an vero in diſpoſitione
Alexand.l.impoſsibilis nu.2.ff.de verbo. obl.
ſexto not.quod impoſsibile dicitur quatuor
modis.ſ.de iure de natura, de facto & contra
19 bonos mores, & nullum † impoſsibile po-
teſt eſſe poſsibile Bald.conſi.19.n.2.volum.
1.Din.c.nemo poteſt.nu.3.de reg iur.6.vt di-
ctum eſt in 3.not. ſeptimo not. quod duplex
20 eſt impoſsibilitas, † prima dicitur ſimplex ſe
cunda vero eſt conditionalis,ſimplex eſt quã
do antea ſic eſt diſpoſitum quod impoſsibile
eſt de preſenti aliquid fieri per quod ſit poſsi
bile, & iſtud reputatur impoſsibile veluti
quando iam mater eſt mortua & conditio eſt
ſi mater mea viueret in futurum nam impoſ-
ſibile eſt de præſenti aliquid fieri per quod
ſit poſsibile matrem viuere conditionalis eſt

quando

quando possibile est aliquid fieri de præsenti quod sit possibile veruntamen ita est de facto & facti accidentia quod illud non fit per quod sit possibile & illud dicitur impossibile, sed magis non posse existere quia ita est de facto quod sic fit. i. non fit illud per quod esse posuit Goffr. l. obtinuit num. 4. ff. de cond. &
21 demonst. Ampliatur primo procedere in cõtractibus. l. impossibilis. ff. de actio. & obliga. Doct. l. certi. §. item. ff. loc. l. non solum. ff. de act. & oblig. c. Odoardus de sol. Bald. l. acceptam. C. de vsuris. Ferrett. tract. de obed. & pace num. 53. Mars. in Prax. crim. §. sequitur. num. 34. Din. c. nemo potest. nu. 7. de reg. iur. 6. Soccin. l. si mihi. nu. 3. §. 1. ff. de leg. 1. l. 1. nu. 6. ff. de his quæ pœnæ nom. Doct. com. l. continuus. §. illud. ff. de verbo. oblig. Aret. §. loca. nume. 3. inst. de verbo. oblig. Bar. l. sub impossibili. nu. 4. ff. de cond. instit. Mars. in tract. de fideiuss. n. 156. Iason in Addi. ad port. §. si impossibilis. nu. 9. inst. de in vt stipul. Rol. consi. 43. n. 27. vol. 1. Fulgos. l. sed & si §. quæsitum nu. 6. ff. si quis cau. ex quo infertur primo vt obligatio non valeat rei impossibilis. l. impossibilium. ff. de reg. iur. secundo nec etiam promissio tenet rei impossibilis. l. si stipuler in 2. resp. ff. de verb. oblig. vt si quis promittat dare quod est impossibile de natura vt lunam & stellas idem est si quis promittat facere vt cœlum digito tangere tertio hoc idem si promitatur impossibile de facto vt montes alpium

vltra

vltra mare deferre.l.cum hęres. § 1. ff. de ſtat. liber.quarto.hoc idem ſi promittatur impoſsibile de iure vt rem ſacram dari l. inter ſtipu lantem. §.ſacram .ff.de verbo oblig.quinto in malis eſt promiſsio impoſsibilis c.in malis de reg.iur.6.vt ſi promittatur occidere hominē, committere furtum vel ſimoniam l. generaliter.ff.de verbo.oblig.l.ſi à reo.§.illud.ff.de fideiuſſor. nemo enim obligari poteſt ad id quod de natura de facto vel de iure eſt impoſsibile, tertio infertur ex hac prima Ampl. vt
22 nec etiam ſtipulatio ſit valida doct.com.§.im poſsibilis inſt. de inut.ſtipul.& ex parte ſtipu lationis non vitiat quãdo ſtipulator vult ſem per ſibi acquiri Iaſon.l.ſtipulatio.§.ſi quis ita nume.2.ff.de verbo.obliga. Alci. l. ſi ſtipuler. nume.7.ff.de verbo. obligat. quarto infertur
23 quod creditor qui reddere non poteſt Chyrographum propter impoſsibilitatem liberatur dando Apocam gl. l.huiuſmodi. § ſi ita. ff.de leg 1.l.pecuniæ.C.de ſolut.Euer.in loco ab impoſsibili nume.1.quinto infertur quod emphiteota excuſetur à caducitate ꝓpter im-
24 poſsibilitatem, Marſ.tract.de fideiuſſ.nume. 158.Rol.conſi.43.nume.28. vol.2. Ferrettus. in tract.de obediendia & pace nu.53.ſexto infertur quod facti impoſsibilitas non inducit petitionem ad intereſſe Alex.l.ſtipulationes. nu.33.ff.de verb. obli. ſeptimo infertur quod
25 impoſsibilitas præſentandi fideiuſſorem excuſat et ſolo iuramento probatur Iaſ.l.1.n.22.

ff.qui

26 ff. qui ſatiſd. cog. octauo infertur quod impoſſibilitas ſuperueniens intra terminũ excuſat, ne ex lapſu termini quis conſtituatur in mora Iaſon. l. ſi deceſſerit nu. 8. ff. qui ſatiſd. cog. Item impoſsibilitas reponendi rem in Priſtinum ſtatum impedit prorogationem moræ Rip. l. ſi inſulam. nu. 118. ff. de verb. obli. Anca. conſi. 5 nu. 7. Soccin. d. l. ſi deceſſerit. nu. 20. nono infertur, quod ſi contractus fuerit iura
27 mento firmatus ſuperueniens impoſsibilitas quis non efficitur periurus Marſ. tract. de fideiuſſor. nu 159. Ferrett. de tract. de obed. nu. 53. Cagnol. d. l. impoſsibilium. nu. 4. Nam licet ſit periurus quo ad actum non tamen eſt quo ad reatum Iaſon. l. videamus. nu. 12. ff. de in litem iur. declaratur hæc prima ampliatio hoc modo videlicet, aut impoſsibilitas ponitur per modum conditionis & vitiat, aut per modum diſpoſitionis & tunc aut circa id quod eſt Principale indiſpoſitione & vitiat l. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig. aut circa accidens & tunc aut incontractibus bonæ fidei aut ſtricti iuris, primo caſu non vitiatur ſecundo autem ſic Paul. l. non vtique. §. ſi quis numer. quarto ff. de eo quod certo loco, vel dicas impoſsibilis conditio vitiat omnem cõtractum ſed non impedit oriri conditionem ob cauſam, quia non oritur ad perficiendum contractum pro vt agitur, ſed ad reſoluendum ipſum extra id quod agitur l. ſi his. §. fin. ff. com. l. ſi militem, C. de condi. ob cauſam ſecundo

Ampl.

28 Ampl.hoc dictum procedere etiam in vltima voluntate Din.d.c.nemo potest.nu. 3. l. apud Iulianum. §. fin. ff.de leg. 1. Bartol. l. sub impossibili num. 3. ff. de cond.inst.& nota quod hæc est differentia inter contractum & vltimam voluntaté in casu isto: quia impossibilitas in contractu, cõtractum vitiat in vlt.auté voluntate vitiatur ipsa, ita Soccin. consil. 14. nume. 6. vol. 1. infertur ex hoc dicto quod legatum debetur etiam si impossibilitas addijciatur Alexan.l.si quis seruos.nu 2.ff.delega. 1.dommodo impossibilitas non sit circa substantiam dispositionis, vt quando legatur res sacra, quia tunc non valeat dispositio. l. apud §. fin.ff.de leg.1.tamen vbi non est circa substantiam sed circa executionem vel præstationem eius, aut circa angustias temporis legatum non vitiatur Angel.l.si mihi.§. si quis nume. 1. ff.de leg.1. l.ab administratione vbi Bald.C.de legat. Bald.l.1.C. de his quæ Pęn. nom. Alex.l.impossibilis.ff.de verb. obligat. Goffred.l. Titio.§.serui.nume. 16.ff.de cond. & demonst. Iason.l. si mihi. §. si quis seruos. num.1.ff.de leg.1.Port.l.hæres.nume.7. inst. de hæred.inst.Paul.d.l.si mihi nume. 2.secundo infertur quod licet executor debeat adimplere voluntatem testatoris intra annum, nõ tamen fallit, quando testator mandauit opus
29 fieri quod est impossibile infra annum fieri Feder.consi.128. Alexand.l.si quis seruos. nume.6.ff.de leg.1.tertio infertur quod cõditio

impos-

impoſsibilis non vitiat inſtitutionem, Barto. l.ſub impoſsibili nume.i.ff.de cond.inſt.ſi vero negatiue cōcipiatur habetur pro non adie
30 cta. Port.§.ſi impoſsibilis inſt. de inut. ſtipul. Ampl. hoc dictum etiam ſi impoſsibilitas ex perplexitate oriatur l.ſi Titius.ff.de cond.inſti.Duenas in reg.114.col.2. dixi ego in tract. deleg.& ſtat.P.3.q.8. nu. 9. not.tamen quod conditio impoſsibilis vitiat legatum quando teſtator eum poſsibilem putabat.Crau.conſi. 167.nume.8.l.ſeruo.ff.de cond.indeb. Socci. l.ſi mihi.§.1.ff.deleg.1.l.multa.ff. de cond. &
31 demonſt.tertio ampl.hoc dictum principale procedere in iudicijs, vnde ſententia non poteſt ad impoſsibile obligare.l.fi. ff. de ſent. quæ ſine appella.ſecundo præceptum iudicis non obligat ad impoſsibile. Din. cap.nemo poteſt nume.4.de regu.iur.6. Doct.Com.l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſ. cog.Euer.in loco ab impoſsibili nu.2. Alcia.l.ſi ſtipuler.num.6.ff.de verbo.oblig.l.ſi cum dies.§.antepen.ff.de arb. Marſ.in prax crimi.ſequitur.nu.33.Rol. cōſ. 43.nu.27.vol.2. Lutius.in conſi.163.nu.7.inter conſi.crim.vol.1.Bar.l.2.§.fin.nume.5.ff. ſi quis in ius voc. nō iuerit, Paris de Puteo in tract.de ſind.verſi.quia ſæpe.nu.12.Ruin.cōſ. 81.nu.8.vol.5. Neuiz conſi.61.num.3.ex quo ſequitur, quod à tali præcepto impoſsibili non ſit appellandum l.fin.§.quæ ſent.ſine appell. Reſc.l. de qua.§. fin. ff. de iud.quod dictum intelligitur quando præceptum eſt om

nino impoſsibile ſecus ſi eſſet difficile tantũ quia tunc ſi iudex fuerit ignorans Valet præceptum licet talis poſset appellare, ſed reſtituitur in integrũ aduerſus d.præceptũ. Doct. com.l.quæſitum.ff.de re iudicata. ſecundo declaratur, niſi præceptum iudicis a principio contineat quid impoſſibile explicandum intra certum tempus, nã licet tunc impoſsibilitas ſuperueniat ex poſt facto infra tẽpus pręceptum non redditur nullum, quia in tali pręcepto ſub intelligitur cõditio, dũmodo fuerit impoſsibile fieri adueniẽte tẽpore vnde ſi pœna fuerit appoſita nõ debetur, quia per eum nõ ſtetit. Doct. c.p.H.de offi. de leg.Euer.in loco ab impoſsib.num.3.tertio infertur vt con-
32 feſſio fundata ſuper impoſsibili non præiudicetur l.inde §.fin.ff.ad l. Aquil.l. confeſsionibus ff.de interrog. act. Euer. d. loco nume.4. quarto infertur quod teſtis inductus ad probandum quod talis certo die fuit vulneratus, quia antea erat occiſus cõcludit arguendo ab
33 impoſsibili † Bald. l.conuenticulam.C.de Epiſcopis & clericis gloſſ.l.1.C. qui accuſ.non poſſ.Euer.d.loco nu:4. quinto infertur quod
34 ſententia dicatur nulla, ſiue ſit impoſsibilis de iure, ſiue de facto Crau.conſi.79.nume. 6. Bald.conſil.274.volum.3.nume.1.quarta ampliatio ſit quod impoſsibilitas excuſat à pœna Bar.l.ſi homo num.primo.ff.de verborum oblig.vbi Iaſon. nume.6. Cephal. conſi. 187. nume.7. not.l.ſi vehenda. ff. ad l. Rhod. de

iactu.

iactu, vnde quis excusatur à periuro Mars. in tracta. de fideiussor. nume. 159. & ab excommunicatione. Ferrett. tracta. de obedientia. nume. 53. in fine. Oldr. consil. 277. Docto. capit. quæstioni de appellat. Hypol. de Mars. in praxi crim. §. sequitur. nume. 34. Neuiz. in silua nut. lib. 3. nume. 56. Mars. in tract. de fideius-
36 sor. nu. 156. Euer. in loco ab impossibili. nu. 4. quinto Ampliatur, vt impossibilitas excuset appellanté a prosecutione appellationis adeo vt nõ dicatur deserta appellatio. Doct. c. ex ratione de appellat. l. fin. C. de cond. insertis, Bart. l. si procuratorem. §. ignorantes. ff mãd. Gul. l. eos C. de appell. Bald. c. si qui de testib. l. nummis ff. de in litem iuran. Mars. in Praxi.
37 crimi. §. sequitur. nume. 35. & in tracta. de fideiussor. nume. 157. sexto Ampliatur, vt exequutio non impediatur ob impossibilitatem Alc. l. si stipuler. nume. 5. ff. de verb. obli. septimo Ampl. vt fictio non habeat locum super impossibili, maxime quando impossibile est in genere & in specie. Ias. l. possideri. §. ex contrario nu. 19. ff. de acq. poss. quandoq; tamen qđ est impossibile in vno tm̃ fingit̃ Alc. trac. de præs. in prin. n. 7. Octauo ampl. vt præscri-
38 ptio nõ currat quoties ignorãtia facti reddit factum de iure & de facto impossibile. Bald. consi. 429. vol. 1. n. 1. Nono. ampliat̃ vt in generali dispositione nõ cõprehendatur impossibile, dixi ego in trac. de reg. iur. Reg. 1. limit. 51. Port. consi. 163. num. 23. Rom. consi. 102.

Barb.consi.13.vol.2.Rebuff.l.vnica C.de sententen.quæ pro eo nu.120.Decimo Ampl. vt lex impossibilis non obliget.c.erit 4.distin.Dixi ego ĩ tract.de le. & stat.p.3.q.8.n. 9. Din.d.c. nemo potest.nu. 5.de reg.iur.6. Cassan. consi.
39 23.num.20.vndecimo Ampl.vt impossibilitas excuset quando prouenit exibitionis tempore. Soccin.l.si decesserit nu.13.ff.qui satid. cog. duodecimo & vltimo Ampl.vt voluntas partium non referatur ad impossibile, Bald. consi.496.vo.5.n.2.Grat.cõsi.496.vol.5.n.2. Grat.consi.119.nume.24. vol.1. Berta.consi. 149.nu.1.vol.7. Ange.l.cum debere. num.1. ff.de seru.Præd.& licet conditio impossibilis vitiet dispositionem secus vere est in modo qui non suspendit Angel.l.impossibilis.ff.de verbo.oblig.Rim.l.cum donationis.C.de trãsact.Cagnol.impossibilium nu.6. ff. de regu. iur.fallit tamen in conditione impossibili negatiue concepta quę non vitiat actum, vt si cęlum digito non tetigeris Port.inst.dę inut. stipul.§.si impossibilis, secundo fallit in conditione apposita in contractu Matrimonij Bellamera c.sie.§.solet num.2.q. 32. Barth. l.sub impossibili nu.14.ff.de cond.inst.Not.c. fin.
40 de cond.appos.tertio fallit vt vitiare non dicatur impossibilitas in alio separabili modo, licet in alio vitiare dicatur Crau.consi. 1.nu. 4.in separabilibus enim vtile per inutile non vitiatur. dixi ego in tract.de reg.iur.P.2. regu. 7.nu.1.& seq.quib,ita ampl.& limit. notandum

dum est vlterius quod illud est impossibile cuius est cõtrarium, Salamon.l. Gallus.§.quidam nume.40.ff.de lib.& posthu.Bald.l.non quicquid ff. de iud.l.2. §. is. de ord. cogn.& quod natura fieri non potest nec etiam secundum artem Barth.l.is qui nu.22.ff.de vsucapion Port.§.si impossibilis nume.2.inst.de vnut.stipul.pro declaratione huius regulæ ita
41 distinguendum esse arbitror aut impossibilitas est adiecta in dispositione de præterito aut in futurum, primo casu non vitiat secundo autem sic,quia est magis causa finalis quã conditio,ita Barth.l.sub impossibili.ff.de cõdi.instit.secundo distinguendum est. aut impossibilitas fuit à principio aut non.Primo casu vitiatur dispositio siue esset contractus bonæfidei siue stricti iuris l.nõ solum. ff.de act. & obliga.quando sunt appositæ conditiones impossibiles in faciendo, si vero impossibilitas non fuit à principio licet postea superueniat non vitiat dispositionem etiam contractum stricti iuris. l. continuus. §. illud. ff. de verbo.oblig.Aret.§.loca.num.3.instit.eodem. tertio distinguendum est, aut impossibilitas est naturæ aut vero perplexitatis, Primo casu subdistinguendum est,aut impossibile naturæ est in dispositione aut in conditione, si in dispositione aut circa substantiam eius & tũc vitiat siue sit vltima voluntas,siue contractus siue iudicium siue lex. l. apud §. fi. ff. deleg.1. l.inter stipulantem.§.sacram.ff. de verb. obl.

l.in confeſſionib.ff.de interrog.act.l. fin. ff.de ſent.quæ ſine appellat.c. erit quarta diſt. quæ diſtintio procedit quando impoſsibilitas ſuper tota ſubſtantia cadit nam ſi in parte tantum pro parte vitiabitur tantum.l.1.C.de ſec. nupt.l.ſi ſeruus.ff. de don.inter vir. & vxoré ſi vero impoſsibilitas ſit circa accidens,& túc aut verſatur in vltimis volũtatibus aut in cõ tractibus, aut in iudiciis,primo caſu vitiatur & non vitiat l.ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruos. ff.de leg.1.ſecundo autem caſu aut in contractu bonæfidei vitiatur non vitiat. l. inſulam. §.fin.ff.locati.ſi vero eſt ſtricti iuris,vitiat niſi contra impoſsibilitatem per partes fuerit prouiſum.§.lo ca inſtit.de verbo. oblig.tertio vero caſu aut impoſsibilitas eſt à principio, aut ex poſt facto, ſi a principio vitiatur, hoc idem ſi ex poſt facto, quia ex quo eſt circa accidens adimpleri debet in ſubſtantia,cum videantur duo præcepta.l.2.§.quod diximus.ff. ſi quis caut.Doct.l.1.ff.de cond.inſt.ſi vero impoſsibilitas naturę fuerit in conditione, tunc ſi apponitur in contractibus nulla oritur obligatio ad perficiendum ipſum,ſed bene oritur conditio ob cauſam ad reſoluendum l.non ſolum.ff.de act.& oblig.fallit in contractu matrimonij.c. fin. de cond.appoſ.ſecundo fallit in donatione cauſa mortis, quia quantum ad hoc ſapit naturam vltimæ voluntatis l.quę ſub conditione.§. hoc edictum. ff. de condit. inſt. tertio fallit quando apponitur conditio

impoſ-

impoſsibilis negatiue nam eo caſu valet contractus, vt ſi dicatur ſi cœlum digito non tetigeris l. impoſsibilis. ff. de verb. obliga. quod ſi apponatur conditio impoſsibilis in vlt. vol. tunc illa reicitur & non vitiat diſpoſitionem. l. 1. ff. de cond. inſtit. niſi teſtator impoſsibilitatem nouiſſet Barth. l. ſub impoſsibili. ff. de cond. inſtit. ſi autem conditio talis fuerit in iudiciis, tunc ſententia lata ſub tali conditione non valet. l. 1. §. biduum. ff. quando appell. ſit §. impoſsibilis inſt. de hæred. inſt. impoſsibilitas autem perplexitatis aut inſurgit ex verbis teſtantis tunc ſi cadit inter res quarum vna eſt digna maiori fauore quam alia, tunc non vitiatur diſpoſitio totaliter, fauetur enim ei quæ digna eſt maiori fauore in qua tenet & valet diſpoſitio not. l. fi. §. 1. ff. de vulg. ſi verſatur inter res æquales tunc ſi poteſt diſſolui ꝑ implementum facti tēdens ad cōmodum implentis tunc non vitiat, ſed potius per tale impedimentum diſſoluitur l. ſi quis ita. ff. de cōdi. inſt. qđ ſi per tale implementū non poteſt diſſolui qꝛ dato quod de facto impleretur conditio ad cōmodū alterius tunc nō vitiatˀ tali diſpoſitio rōne perplexitatis l. ſi Titius. ff. de hæred. inſt. ſi perplexitas fuerit nō ex verbis teſtōris inmediatè ſed extrinſecus habito reſpectu ad aliud tūc non vitiat, ſed diſſoluitur perplexitas. l. qui quadringenta. ff. ad l. falc. quarto modo ita diſtinguendum arbitror aut impoſsibilitas inſurgit de iure, aut vero de

9 quod allegans culpam illam probare tenetur. gl. & doct. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. Bartol. l. exceptio. ff. de except. fallit in his, quæ regulariter committi non solent, sine culpa, vt incendium furtum in quibus præsumitur culpa, nisi probetur contrarium. Secundo fallit in custode contra quem culpa præsumitur nisi probetur casus, vt dicam latius suo loco inferius. Octauo not. quod par cum pari culpa compensatur, not. cap. intelleximus de adulter. Doct. com. l. si ambo. ff. de compens. Alexand. l. qui decem. ff. de solution. vnde leuis culpa, cum leuissima non compensatur, nec dolus cum culpa. Corne. consi. quadragesimo. nume. secundo volum. secundo gloss. l. prima. versic. quamuis. ff. eo per quem factum erit, licet etiam dolus cum dolo compensetur. not. l. si duo. ff. mand. gloss. fin. l. item ff. ad l. Aquil. Dixi ego in tract. de compé. p. 1. q. 45. q. 6. nume. tertio. quæst. 57. nume. primo, & seq. Nono not. quod correctio esse debet pro modo culpæ. l. prima. §. cum patron. ff. de offic. præf. Vb. punitur tamen minus culpa quam dolus gloss. cap. si electio. versi. integrum de elect. quia dolus præponderat culpæ. l. item si. ff. ad l. Aquiliam. gloss. cap. primo. versicu. commentum de restitu. in integrum. sexto. Decimo not. quod tam culpa quã
12 dolus censentur remissa ex processu temporis gl. c. cito. versic. multiplicatis. c. 1, q. 1. similiter

quando

quando Dominus reuocat seruum suũ ad gratiam. Ber consi.76.num.100.vol.1. Vndecimo
13 not trib.temporib.dicitur culpa in causa inesse quando quę enim procedit factum.l.qui foueas.ff.ad l. Aquilian. quandoque inest facto l.fin.ff.eod.quandoque sequitur factum.glo.l. id iuris ff. eo. Is ita suppositis videamus quid sit dolus. Resp. quod dolus est macchinatio quædam alterius decipiendi causa, cum aliud agitur aliud ve simulatur, seu dicas dolus est omnis calliditas fallacia macchinatio ad circũueniendum fellendo decipiendum alterũ adhibita.l.1. §. dolum. ff. de dolo. Secundo not. quod duplex est dolus. Bonus, scilicet, & malus, dolus enim bonus est ad hostes & ad malos decipiendos.l.1.§.non fuit.ff.de dolo Aret. §.præterea.nume.36.inst.de action. gl.1.c. vtilem.22.q.2.gl.fi.c.in mandatis.43.dist.Ferrett. de fide seru.num.27. Ange. d.§.non fuit.num. 1.Neuizan.in silua. nupt. lib.4.nu.135. alij dicunt quinque esse species exceptionis doli, vt Cagn.l.qui cum alio §.non solet.nu.2.ff.de regulis iuris. Tertio no.quod dolus differt à frau
16 de, sicuti genus à specie, dolus enim est genus fraus autem est species in dolo enim inest fraus. Barto.l. iurisgentium. §. sed si in fraude. ff. de pact Aret § præterea.num.38.inst. de actio. Quarto not.quod allegans dolum illũ probare tenetur.glo.ante pœn.l.si quis.ff. de edendo
17 ver.longinquum glo. 1. l. patronus. ff. de Proba. decis. perus. 18. nume. 52. vnusquique enim

enim præſumitur bonus niſi probetur malus. l.merito.ff.pro ſocio.l.quoties.§.dolo.ff. de dolo.deciſ. Peruſ.num.4. Abb. c. aduerſario. nu. 8.de except.hoc idem eſt in culpa. Ang.conſil. 197.num.2.Bart.l.ſi creditor. C.de pign.actio.

18 Quinto † not.quod dolus probatur coniecturis,quia cum dolus conſiſtat in animo & conſtet ſoli Deo directe,non poteſt probari,ſed indirecte ſic per exteriora. l. repræhendenda. C. de inſt.& ſubſt.ſub cond.fact.& ita concludendo & diſtinguendo dicas aut quæritur de geſtis,& factis,aut de omiſsis,vel negligētijs, primo caſu , aut ſumus in præmiſsis aut in prohibitis,primo caſu dolus probari debet non leuibus,ſed perſpicuis indicijs. Secundo verò caſu aut illud in quo dicitur dolus commiſſus eſt de genere prohibitorum, vt ſi actus percuſsionis erat ordinatus ad mortem,quia vulnerauit cum gladio bene acuto apto ad interimendum & tunc dolus præſumitur.l.prima. C.de ſicar. niſi furor,vel fatuitas conſtaret. l.nec codicillos.C.de codicillis,ſed ſi actus non erat ordinatus ad mortem tunc non præſumitur dolus. l.1.§.Diuus.ff.de ſicar.ca. ſignificaſti de homicid.ſi uero fuit actus de genere permiſſorum licet in ſpecie illud eſſet prohibitum tūc aut fit clam præſumitur dolus ſecus ſi palam.l. fin.ff. de ritu nupt.l.nō exiſtimo. ff. de adm. tutor.ſi vero ſecundo caſu ſumus in omiſsis ſi fuit omiſſum ex certa ſcientia tunç dolus præſumitur.l.ſi procuratorem.§.ſi ignoranter.ff.mand.

ſi vero ex ignorantia tunc, aut iniuſta & idem eſt.l.dolo.ff.ad l.falcid.ſi vero fuerit ignorantia iuſta tali caſu non præſumitur dolus, not. l. qui in alterius.ff.de reg.iur.facta huiuſmodi di ſtinctione rẽ exemplis declaro.primo præſumi tur dolus ex paruitate precij:l.cum ij.§.modus
19 ff.de traſact.ſecundo in eo qui ſplendide veſti uit,vt melior videatur.glo.3.l.ſi quis.ff. de dol. Tertio ex eo quod depoſitarius reſtituit valiſiã diſsigillatam.Menoch.de.Arb.iud.lib. 2.cent. 3.nu. 34. Quarto præſumitur ex eo quod quis non facit,quod facere tenetur Pariſ. conſi. 74. num.29.volu.1. Quinto præſumitur ex enormiſsima læſione. Deciſ.Peruſ.10. nu. 55. Sexto ex eo, quod debitæ ſolemnitates non interuenerunt.deciſ. Ped.109.num. 9. Septimo quando contractus eſt initus per interpoſitam perſonam deciſ.ped.109.nu.10. Octauo præſumitur ex quod quis longo tpe diſtulit deciſ.Boe. 42.num.21. Nono præſumitur occaſione inimicitiæ pract.mill.de pen.citra mortem.nu.71. Decimo præſumitur contra eum qui cõtrahit contra prohibitionem ſtatuti. Crau. in q.ſtatuti fer.nu.11.& ſeq. Vndecimo quando quis nõ fuit vſus remedijs opportunis. Idem Crau. de antiq temp.p.1.ſect.vidimus.n.5. Duodecimo præſumitur ex mendacio idem d.loco. nu.16. Decimo tertio præſumitur ex renunciatione p filiam metu patris factã. Ber.conſi.39.num.11. Decimo quarto in eo qui damnũ intulit. Plot. tract,de iure iur.§.49.num.14.Decimo quinto indebi-

indebitore fugam arripiente Alexand.l. si cum dotem.§.mulier.nu.4.ff.sol.mat. Decimo sexto in eo quod sit de genere malorum. Alexan. consi.93.num.6.vol. 4. Decimo septimo in eo qui ignorat, quod ipse tenetur scire. Bald.l.qui cunque.num.1. C. de seru. fugit. Decimo octauo præsumitur in eo qui contrahit cum eo qui dissipat sua bona. Ber. consi.49.num. 1. vol. 1. Decimo nono in eo qui tacet vitium rei vendite. Ber.consi.177.nu.43.vol. 1. Vigesimo præsumitur ex actu clandestino. Iason.l.clam.possidere.num. 1.ff.de acq. poss. Vigesimo primo præsumitur, in eo qui solemnitaté statuti amittit. Ceph.consi.115.nu.13. Vigesimo secundo in his, quę naturaliter sunt delicta. Cepha.cós. 230.nu.3. Vigesimo tertio in eo, qui non transit per viam rectam. Crau.consi.115.nu. 5. Vigesimo quarto præsumitur ex appositione insolitæ clausulæ. Grat.consi.53.n.10.vol.1. Vigesimo quinto ĩ eo qui potest obuiare delicto, & nó facit. Abb.c.quanto de sent. exc. Vigesimo sexto in eo qui dicit mendaciũ ex quo sentit lucrũ nó aliter.l.eleganter.§.idé vbi. Bar.ff. de dolo.l.nec exemplũ.C.de fal. Vigesimo septimo ex festina morte nisi aliud apparet.l. ité.§. si plures.ff.ad l.Aquil. Vigesimo octauo ex violentia.l.4. ff.si quis eum qui in ius vocan. Vigesimo nono, & vltimo in eo qui erat inimicus, & delictum secutum fuit, vt in incendio. Bald. l. data opera. C. qui accusare non possunt. l. capitalium. §. qui ob inimici-

20 tias de pœnis. Sexto † not. quod dolus vnius alteri nocere nō debet. l. electio. §. si absentem. ff. de noxal. l. 2. § final. ff. si quis caut. l. si cum. ff. de euict. Dixi ego in tract. de regu. iur. p. 1. reg. 8 ampl. 20. vnde tutor non præiudicat pupillo l. 3. §. quando. ff. de auth. tutor. not. c. nō debet de reg. iur. 6. l. non debet. ff. eo. tit. Secundo dolus venditoris non nocet emptori, l. qui fundum. §. procurator. num. primo. ff. pro emptore. Tertio dolus procuratoris non nocet domino. Ant. cap. sæpe. nu. 2. de appel. c. 1. vt lite nō cōt. Quarto. dolus prelati non nocet Monasterio. Ant. cap. 2. nu. 2. nu. 22. de ordinis cogn. nisi sit procurator generalis Bellā. c. cum venerabilis. num. 19. de excep. fallit in dolo socij, qui alteri nocet. quāuis regressus socii contra sociū detur. Doct. l. si de cōmuni. ff. si ser. vend. Secūdo fallit, quando alter ex dolo alterius factus sit locupletior. Aret §. sequitur. nume. 14. inst. de excepti. Tertio fallit in Correis Bart. l. duobus. nnme. 34. ff. de duob. reis. Quarto fallit in administratore, qui Domino nocere potest. in querēdis. Angel. l. pure. §. actoris. ff. de dolo. l. apud. §. in hac. ff. de doli mal. exc. ratio huius sexti not. est quia dolus & culpa sequi debent suos authores Bellam. c. ad hæc. nume. 6. vt lite non contest. Alexan. consi. 98. nume. 3.
21 volum. 1. Septimo not. quod in generali remissione non includitur dolus. Ias. l. actione. nu. 9. C. de transact. Paris. consi. 90. nume. 35. volu. 1. In casu tamen quo dolus remitti potest non remitti-

remittitur futurus, sed præteritus tãtum ne homines inuitentur. ad delinquendum gloss. l. si huius. §. illud. ff. de pact. l. commodato. ff com mod. Alexan. consi. 152. num. 2. vol. 5. Ampl. vt nec etiam per testatorem posit remitti. Cass. in consuet. Burg. pag. 882. num. 21. facit. glo. l. Pomponius. §. absit. ff. neg gest. Decius. l. contractus. num. 42. ff. de regu. iur. Menoc. de Arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. nu. 14. Dec. consi. 178. Vital. in tract. clausul. tit. an reductioni. num. 2. & num. 5. Secundo modo ampl. vt si fuerit facta remissio generalis doli, & culpę, estenderetur, tantum ad culpam. Vital. d. loco. nume. 10. ita in termin. Guid. decis. 515, nu. 1. & seq. Alciat. tract prę sumption. reg. 1. præs. 6. num. 2. Cagn. d. lege. contractus. nume. 83. Iodci. in tract. de tutore. c. 2. num. 10. Abb. c. 2. num. 16. de restit. spol. Alex. consi. 67. num. 6. volum. 2. consi. 67. num. 3. vol. 4. Ang. l. si vnus. §. 1. ff. de pact. Ang. consi. 172. nume. 2. Ant. c. quemadmodum. §. 1. num. 5. de iure iur. Ber. c. 1. nume. 44. de const. Bert. consi. 144. num. 13. vol. 1. Dec. l. actione. num. 11. ff. de transaction. Cephalus. consi. 121. num. 5. Corn. consi. 3. num. 7. volum. 2. Gozad. consi. 53. num. 18. Paris. consi. 59. num. 5. vol. 1. Specul. tit de Arbitr. §. 8. versic. quid si expressum, not. l. si cum antea. C. de arbitr. fallit quãdo interuenisset iuramẽtum. Euer. in loco a vi & energia. iuram. nume. 63. Secundo fallit in remissione tacita, quia multa tacite remitti possunt, quæ prohibentur expresse remitti. Dec.

d.l.contractus.licet. Cagnol.nu. 79. contrariũ dicat. Tertio fallit in dolo præsumpto qui non cadit in versutiam, quia etiam tacite remitti potest. Bald.l.1. C.de vsufructu.Cagnol. d. l.contractus, num. 81. Quarto fallit vt licet dolus remitti non posſit, poteſt tamen remitti lata culpa, quæ æquiparatur, dolo. Alex. l.ſi mora.col. 2.ff.ſol.mat. Paul.l.1.§.ſi conueniat.ff.depoſit. Cagnol.d.loco.num.83.his ita ſuppoſitis con
22 ſtituitur regula, quod dolus intetpoſitus in actu annullat ipſum actum, quæ regula procedit tam in contractibus, quam in vlt.vol.quã in iudiciis & ſtatutis, vt de ſingulis dicetᷓ inſe
23 rius,& Primo acceptilatio dolo facta non liberat ab obligatione. Imola.l.iuſiurandum. n. 6. de acceptil. Secundo dolus annullat coutractũ bonæ fidei ipſo iure ſecus autem contractum ſtricti iuris. Abb.c.cũ dilecti.nu. 6. de except.
24 empt.& vend. Alex.l.iuriſgentiũ. §. Prætor.ff. de pact. Ang.l.dolo.nu. 1. C. de inutil.ſtipul l. bonam fidem.nu.1. C.de act.& oblig.Ampl.ét ſi interponatur ſuper re ſpirituali. Ant.c.in noſtra.num.28.de ſepult.Ber.c.cum dilecti.num. 57.de emption.& vendit.quod dictum procedit, quãdo dolus præcedit ſecus ſi ſequatur, ꝗa non agitur ex contractu, qui nullus eſt ſed de dolo. l.eleganter.ff.de dolo. Secundo fallit quã do dolus eſſet incidẽs, quia tũc ageretur actione ex cõtractu & purgaretur dolus. l.iulianus. §.ſi venditor.ff.de act.empt.gl.§.non autẽ ver. act.inſt.de pp.& tẽpor.act. Ber.c. in præſentia.

nu. 114.

nu.114 de probat. Tertio fallit qn̄ cōtractus esset iuratus, quia tunc nō rescinditur ipso iure. Ant.c.2 n.26. de Arbitr. Quarto declarat̄ procedere, vt sit nullus ex parte decepti secus aūt ex parte decipientis, nam deceptus rescindere pōt secus decipiens Vital, in tract clausul. §. sed nunc. restat. nu. 22. Aret. §. Præterea. n. 41. inst. de act. Quinto fallit, si dolus à tertia persona adhibitus fuerit, quia tenet cōtractus, licet deceptus cōtra illā tertiā p̄sonā e dolo agere possit ad interesse. gl. c. cū dilecti de empt & vend. Capra. in tract. reg. ver. dolus. nu. 59. com. dicit sit igitur cōclusio, qđ si dolus dat causam contractui bonæ fidei contractus ipso iure nullus est, si interuenerit in contractu stricti iuris venit rescindendus ope exceptionis, vel actionis de dolo. Papiens in forma libelli in causa venditionis versi. contra bonam fidē. nu. 2. & seq.
25 Tertio dolus reddit nullā trāsactionē. Decis. Perus. 18. n. 50. & n. 58. Ber. cōs 180. n. 35. vol. 2. Ias. & com. Doc. l. sub prætexta. nu. 8. vbi Paul.
26 nu. 6. & Saly. n. 3. C. de trāsaction. Quarto obligatio nulla reddit̄ ex dolo. Ant. c. dudū. n. 2. de cōuers. cognug. Quīto petitio facta eius qđ restitui debet nulla est. not. c. dolo de re. iur 6. Sex
28 to professio dolo inducta nulla est. Ber. ca. in p̄ntia. n. 122. de ꝓbat. Septimo renūciatio be-
29 neficij dolo facta dicitur nulla, erit tamen nulla ipso iure nec annullāda. ita Rebuff. in terminis in praxi benef. tit. de causis resignationem irritantibus, & Primo de dolo. num. 3. Octauo

 rescriptū

rescriptum nullum est obtentum dolo. Ber. ca. super literis. nu. 17. de rescrip. Ampl. procedere etiam in culpa ibidem. num. 17. Octauo sententia dolo lata nulla est & retractatur per dolum in committendo secus in omittendo. Dec. l. quod num. 45. ff. si cert. pet. decis. ped. 71. nu. 79. Paul. l. 2. nu. 3. ff. quod quisque iuris. Nono
31 societas contracta dolo nulla est. Igneus. l. contractus, nu. 112. ff. de reg. iuris. Alber. l. ea vero. nume. 4 ff. pro socio. Decimo dolus dans. causam testaméto reddit ipsum ipso iure nullum. Ang. l. si cum te. num. 2. ff. de pact. Vndecimo
32 contractus vénditionis dolo initus dicitur nullus. Pineil. l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. num. 19.
33 Duodecimo iuramentum dolo contractum nó obligat decis. ped. 41. nume. 3. Ber. consi. 49. num. 9. volum. 1. fallit. hæc. regula in ignorante qui non potest dici in dolo decis. Perus. 51. nume. 12 Secundo non dicitur in dolo qui saltim non est proximus pubertati. gl. l. hæredib. vers.
35 pubertate. ff. de dolo. gloss. l. impuberem. ff. de furt. Imol. Clem. vnica. num. 5. de homicid. Mándos. in tract. de etate minori. c. 4. num. 36. Ter-
36 tio volenti non fit fraus neque iniuria. Imo. gl. 1. l. nam si. ff. de rei vendic. Vital. tract. clausul. titu de absol. a iuramato. nu. 7. c. scienti de reg.
37 iuris. 6. Quarto statutum non comprehendit casum dolosum. Anch. ca. canonum. de const. Dec. consi. 11. nu. 6. consi. 39. nu. 6. Soccin. iun. consi. 48. num. 49. vol. 1. decis. Perus. 18 nu. 58. Quinto quod dictum est in minore vindicat

sibi

sibi locum etiam in fœmina, quæ nullo pacto præsumitur in dolo. gloss. 2. l. vbi. ff. de edendo glo. 2. l. in causa. §. Pomponius. ff. de minor. l. 1. §. hoc. edicto. ff. ne vis fiat ei. Sexto matrimonium dolo contractum non dirimitur. cap. ex parte. c. dudum de conuers. coniugat. Rebuff.
39 in praxi benefi. tit. de caus. resign. irrit. de resignatione de dolo. num. 8. Bald. l. euicta num. 1. C. de iure. Doct. Ias. l. actionum. num. 37. instit. de action. Mant. sing. num. 316. nu. 3. Septimo
40 quelibet minima causa excusat a dolo. Cepha. consi. 64. num. 5 Ber. consi. 164. nu. 6. volum. 3. consi. 98. num. 21. vol. 1. Octauo, si compro-
41 missum dolo initum fuerit, reduci potest ad arbitrium boni viri. Alex. consi. 139. num. 4. vol. 7. Nono fallit in dolo bono, qui non vitiat actum, sed pro solertia punitur. Ber. c. in præsentia. nume. 117. de probat. quibus ita ampliatis & limitatis, quæro an dolus dicatur delictum ita quod si statuto caueatur, quod de omni crimine possit Iudex per inquisitionem procedere, an ex dolo procedere poterit sol. est quod sic. Bar. l. 1. ff. de fideiuss. tutoris. l. 1. §. non tantum. l. item. ff. depositi, ideo dicitur actio. de do-
43 lo mere in personam. Bart. l. si ex dolo. §. fin. ff. de dolo. Aret §. præterea. nu. 39. inst. de action. vbi. num. 43. ponit formam libelli de dolo si tamen exceptio doli purgabitur per actioné descendentem ex contractu est. transitoria ad hæ-
44 redes. Angel. ait. §. hac actione. num. 1. ff. ne uis fiat ei simile ponit. Bal. de success. feudi nu. 6.

Bald.

Bald.l.curatoris.n.1.ff.de neg. gest. quia lucro sentiẽs ex dolo alterius debet illũ purgare. Ca
4 gnol.l.ex qua persona.n.2.ff.de reg.iur. Alex. l.nupta.§.quoties.nume. 10. ff sol. matr. quis enim non debet lucrum cõsequi suo dolo nec
46 alterius.Ant. c. cum olim.nu.8.de offic.deleg. c.2.de cogn.spirit.num.24. Visum est quot modis committatur dolus in contractibus vlt.vol. & iudicib. videamus quot modis committatur
47 in legib Resp.quod dolus in legib.triplici modo committi potest Primo inique eas interpretando & exequendo,secundo eas condendo,tertio eas celaudo seu occultando. Ang.in Rubr.ff.de doli mali excepti.

S V M M A R I A.
In XI. Q. Primæ partis.

1 *Damnum quid sit.*
2 *Damnum dicitur multis modis dari.*
3 *Damnum allegans illud probare debet.*
4 *Periculum vbi maius ibi cautius est agendum.*
5 *Damni infecti cautionem tria cessare faciunt*
6 *Damnum dedisse dicitur qui causam damni dedit.*
7 *Damnum quod quis sua culpa sentit sibi non aliis imputandum est.*
8 *Damnum inferens non absoluitur nisi restituat.*
9 *Compesatur damnum cum lucro:*
10 *Damnum quod prouenit per accidens, & in consequentiam non consideratur.*

Dam-

11 *Damnum est perdere lucrum iam incorporatum:*
12 *Damni petitio & iniuriæ differunt.*
13 *Expensæ non veniunt appellatione damnorum.*
14 *Damnum inimicitiæ causa datum ab ipso cuius causa est datum:*
15 *Damnum notabile quomodo dicatur.*
16 *Pati damnum dicitur multis modis.*
17 *Renunciatio generaliter facta non comprehendit enormissimum damnum.*
18 *Tempus damni attenditur non superueniens.*
19 *Probatio damni quomodo fiat.*
20 *Verbum periculum capitur multis modis.*
21 *Suscipiens in se omne periculum non comprehenditur fortuitur casus.*
22 *Animal repertum damnum dari potest retineri.*
23 *Percutere volens vnum si percutit alterum tenetur ad damnum.*
24 *Alienatio in damnum ecclesiæ facta reuocatur.*
25 *Appellans iniustæ damnum est appellantis.*
26 *Communitas tenetur ad damnum datum per malefactorem.*
27 *Animal cadens in cesterna cuius periculo moriatur.*
28 *Incendium datum ab aliquo ab eo damnum resarciri debet.*
29 *Animal carnaliter cognoscens mulierem conburitur cum ea.*
30 *Periculum & damnum rei conductæ pertinet ad conductorem.*
31 *Debitor existens in mora dãnũ ad ipsum pertinet.*
32 *Casus præcedens culpam, uel moram excusat.*

Medi-

56 *Dam-*

Quæſt. XI. Primæ partis.

1 PRo ſolutione huius prępoſitæ materiæ, not. primo qđ damnum eſt diminutio ſeu ademptio patrimonij. l. 3. ff. de damno infecto. & dicitur damnum & dãnatio ab adẽptione & quaſi diminutione patrimonij dicta ſunt, & ita deſcribitur per Hoſt. & in ſumma de iniuriis & damno dato nume. 1. damnum factum, damnum vero infectum eſt damnum non dum factum, ſed quod futurum veremur. l. 2. ff. de damno infecto & eſt multiplex aliud in perſonam. c. 1, de iniuriis & dãno dato aliud in rẽ c. ſi leſerit, & c. ſeq. eo.
2 titu. Secundo not. quod dicitur multis modis damnum dari, nam quandoque damnum datur à corpore in corpus & tunc locum habet locum legis Aquiliæ actio directi, quandoque à non corpore in corpus, quandoque e contra-

rio de corpore in non corpus.l.si seruus.§.seruus.ff.ad l.Aquil.& in his locũ habet actio vtilis legis Aquiliæ quandoq; à non corpore in non corpus & tunc subsidium in factum competit.l.si seruus.§.fi.ff.ad l. Aquil.gl.fi.§.fi.inst. de leg.Aquil.exépl.dãni de corpore in corpus est.§.cæterũ.inst.de lege. Falcid. de corpore in non corpus vt si anulum fecisti in mari cadere l.qui seruandarum.ff.de præscri.verb.de vi corpore in corpus vt sit fecisti seruum meũ descendere,vel accedere in puteum, vel in arborem. §.cæterum inst.de lege. Aquil. aut de non corpore in non corpus,vt si seruum legatum soluisti & fugit gloss.2.l.2.de pecoribus. C. de lege. Aquil.Tertio not.quod allegans damnũ illud
3 probare tenetur decis.Perus.43.nu.12. & si allegat interesse quod tantum lucra ipse lucratum fuisset.Ias.l. 3.§.fin.nu.7.ff.de eo quod certo loco. Ruin.consi.103.nu.4.vol.1. Rub.consi. 68. Crau.consi.320.nu.7. Neuiz.consi. 77. nu.24. Rol.consi.35.n.1.vol.1.Menoch.de arbtr. iud. l.2.cent.2.cas.109.nu.2.potest tamen probari ꝑ spoliatũ iuramento.Plot.tract.de in litem Iur. §.47.nu.2.Iason.l.si quando nu.44.C.vnde vi l.semper.§.in hoc.ff.quod vi aut clam item dãnum passus in certo loco potest illud probare examinando testes absq; uocatione partis Maranta de ordine iud.p.6. versi.citatis. num. 26. Alex.consi.139.nume.13. volum.6. Bald.consi. 367.volum.3.num.1. Alber. l. damnum. num. 1.C.de lege. Aquil. Rim.consi.52.nume. 158.
Crau.

Crau.consi.196.nume.8.non tamen probatur per iuramentum damnum possi quando agitur contra villam ad emendam damni ex forma statuti. Bar.l.ne quis.ff de incendio Ruina & naufragio l.si quando. C.vnde vi, nisi per statum aliter disponatur. Bald.l. contra. C. ad l. Aquil. Quarto not. quod vbi maius est pericu
4 lum ibi cautius est agendum. c. vbi de elect. 6. decis.ped.79. nume. primo, & vbi periculum est recedimus à reg.iuris. Alexan.l.prima. ff. de damno infecto.com.l.1.§.de illo. num. 4.ff.ad Trebell.Ias.l.1.num.5.ff de damno infecto. l. de pupillo.§.si quis riuos, nu.2.ff.de no.oper.nũc. Dec.l.si quis in aliquo.n.11. C.de edendo ideo forma remitti potest. Cum inminet aliquod periculum. Doct.com.c.quoniam vt lit.non cõt. paris.consi.33.nu.29.vol.2. Asin. in praxi iud. §.3.c.38.nu.3. Secundo consilium sapientis inminente periculo vltra terminum iuris reddi potest. Abb.c.ex parte num.4.de const. vbi. Felin.n.5.per.c 1 §. fi.ne sede vacãte Card.Clem. 1.q.6.de supplẽd neglig.prel.rot decis.2. de iure pronatus ĩ antiq Menoc.trac.de recuper.remed.10.n.53. Tertio infert qđ vbi inminet periculũ snĩa exequi põt nõ obstãte appellatione interposita. Asin.d.praxi.iud.§.31.c.2.lim.2 n.7. Quarto infert qđ vbi inminet piculũ nõ est necessariũ cõsiliũ qđ qdẽ alias reqreret. Abb. c.ex p.n.4.de cõst.maxime qñ est dãnũ & piculũ fatale.l.hoc ita ĩ fin.ff.de peric. & cõ.rei vẽd. l.ad eos.ff.cõmod, si tñ periculũ cessauerit nõ

irritatur, quod eius causa gestum erit. Abb. ca. fin.nu.8.vt lit.non contest. Quinto not. quod cautionem damni infecti tria cessare faciunt vitium naturale casus fortuitus,& culpa gl.l. fluminum.§.quamquam ver.non venire.ff. de dãno infecto. Sexto not.quod ille dicitur damnũ dedisse qui causam damni dedit gl.1. c. placuit. 1.q.9.c.de occidendis.23.q. 5.c cum homo. 26. q.6.c.studeat. 50. dist. glo.1.c.si tum abstineas. 26,q.2.c.est iniusta. 23.q.4.gl.fin.c.de nuptijs. 31.q.2.gl.c.de occidendis.versi.bonum. 23.q. 5.c.presbiterorum & seq. de homicid.c.fin. de iniuriis & damno dato.l. qui occidit. §. in hac. ff.ad l.Aquil.c.si duo.50.dist.c. fi. de omicidio. l.4.in fine.ff.vi bon.raptorum.glo. §. ceterum. versic.mortuus instit.de leg. Aquil.Petrus santerna de spons. mercat.nu.38.l. his damnum. ff.de reg iuris.Ang.l.sed & si §.seruus.nu. 4. ff. de iniuriis & famos.libell. Ant.c.Petrus.nume. 8.de homicid. Bald.c.ex facto nu.3. ff.de neg. gest. Gemin.c.felicis.nume.2.de pœn. 6. quod dictum procedit quando intercessit culpa. Secundo procedit, si dedisset operam rei illicitæ secus, si rei licitæ operam nauaret.l.qui occidit §.in hac.ff.ad l.Aquil. Tertio procedit, quando causa fuisset propinqua secus autem si fuisset remota. Ant.c.Petrus.num.8.de homicidio ita distinguit Damas.in regu.41. Septimo not.
7 quod qui sua culpa damnum sentit, sibi non aliis debet imputari.l.quod quis.ff.de reg.iur. c.damnum.eod.ti..6..quia quemadmodum al-

teri

teri damnum inferri non debet vt vni succurratur. c. denique. 14. q. 5. c. primum. 22. q. 2. ita alteri per alterum iniqua conditio non est. inferenda. l. nõ debet. ff. de reg. iur. sed eius esse debet damnum, qui lucrum consequitur. ca. qui sentit. de regu. iur. 6. & lucrum eius esse debet qui se periculo exposuit. glo. 2. l. Iulia. §. si quid ff. de act. empt. non tamen lucrum consequi cũ alterius damno. l. cum hi. §. si ei. ff. de transact. c. locupletari de reg. iur. 6. l. iure. ff. de iure dotium. Item melior est conditio eius, qui tractat de damno euitando, quam qui de lucro captando. Angel. l. rescriptum. §. si aliena num. 2. ff. de pign. & hipoth. nu. 2. Octauo not. quod absol-
8 ui non debet inferens damnum nisi secũdum arbitrium damnum passi restituat. c. pessimã. 23. q. fin. c. si res. 14. q. 6. & maxime in foro conscientiæ Innocentius. ca. sicut de homicidio. Abb. c. causam de testibus. Nono not. quod lu-
9 cri & damni datur compensatio. l. si duorum. ff. de act. empt. decis. ped. 166. nu. 3. Dixi ego in tract. de cõpens. p. 1. q. 45. nu. 11. Decimo not.
10 quod damnum quod per accidens fuit datum & in consequentiam venit non est considerandum decis. 17. n. 3. Vndecimo not. quod lucrũ
11 perdere & damnũ pati sunt diuersa. Ber. rubr. de iud. nu. 22. quia damnum est perdere lucrũ incorporatum. Ias. l. reprehendenda. num. 10. C. de inst. & subst. l. cum quis. nu. 3. C. de iuris & facti ignorantia. l. non ampl. §. si certum. nu. 7. ff. de leg. 1. speculat. tit. de vsuris. nu. 8. Duo-

decimo not. quod differentia est petitionis dãnorum, & iniuriæ quia petitio damnorum cõpetit super diminutione patrimonij. l. damnũ. §. 1. ff. de damno infecto. actio vero iniuriarum datur ad vindictam. l. prætor. §. 1. ff. de iniurijs. gl. c. si canonicis versicu. damnis de offi. ord. 6.

13 Decimo tertio not. quod expensæ non veniunt appellatione damnorum vnde remissis damnis non remittuntur expensæ. Boer. decis. 57. num. 7. Bald. l. 1. C. vnde cog. in nostra de iure iur. Arch. c. in primis. 2. q. 1. Abb. d. cap. in nostra. nu. 7. Ant. c. pen. nu. 1. de iniuriis, quod est verũ in contractibus in quibus fit stricta interpretatio secus in iudiciis & vlt. vol. Archid. c. in primis. 3 q. 1. Decimo quarto not. quod inimicitiæ alicuius causa damnum datum ab ipso dãnum dicitur collatum. Angel. l. in his. nume. 3. ff. sol. matr. Corn. consi. 23. nume. 9. volum. 2. Ceph. consi. 217. num. 14. consi. 218. nu. 27. l. si merces. §. culpæ. ff. locati. Cagnol. l. quod te. nume. 72. ff. si cert. pet. Rom. consi. 7. Dec. consi. 64. & in dubio præsumitur damnum datum ab inimicis. Alba. consi. 56. n. 16. consi. 72. nu.

15 21. Decimo quinto not. quod notabile damnũ dicitur ad effectum faciendi restaurum, quando est tale, quod ex fructibus perceptis non reciperet medietatem pẽsionis. Gozad. consi. 64. nu. 9. Doct. com. licet. C. locati, sed hoc iudicatur secũdum vulgi opinionem, ita in terminis. Ceph. consi. 257. nu. 15 & seq. consi. 104. nu. 4. Ruin. consi. 81. vol. 1. Decimo sexto not. quod

pati

pati damnum dicitur multis modis. primo quã do quis auocatur a ſuis negotiis. Deciſ. ped. 46. num. 11. Secundo eo quod fit contra voluntatem alterius ibidem deciſ. 130. nu. 17. Decimo
17 ſeptimo † not. quod renũciatio generaliter facta non comprǽhendit enormiſsimum damnum. Ber. q. 125. n. 2. etiam ſi verba comprehẽdere apta eſſent. Dec. conſ 203. Corn. conſi. 27. vol 4. gl. c. 1. de in integ. reſt. 6. ſimiliter qui remittit actionem ex maleficio nõ videtur remittere damnum, vel intereſſe. Aret. §. præterea. nume. 14. inſt. de excep. Decimo octauo no. quod
18 tempus damni attenditur non autem ſuperueniens. Bal. conſi. 182. volum. 1. Crau. conſi. 40. nume. 10. Menoch. de Arbitr. iud. conſi. 149. cent. 2. num. 22. vol. 2. ſeu potius exemplificando dicas quod ſi damnum fuerit datum in frumento in herba vel in planta iuuene non debet extimari damnum, niſi quantum potuiſſet vendi ille dubius euentus perceptionis frumenti, vel arboris. Alber. in 2. p. ſtat. q. 78. Cyn. l. fi. C. ad l. A ql. Bal. cõſ. 182. n. 4. vol. 1. Cra. cõſ. 40. n. 10. Alb. l. pp. ff. fam. herciſ. Plotus trac. de in litẽ iur. §. 53. n. 6. Decimo nono no. quod ex
19 hijſdem indiciis præſumitur, & arguitur damnum quibus homicidia furta & alia delicta cenſentur atq; probantur not. l. nauta. §. fi. ff. naut. caup. ſtab. & notantur per eund. Plotũ d. tractatu. §. 54. nu. 1. & ſeq. de ir. litem iur. Vigeſimo not. qđ verbũ piculũ capit multis modis pprie ſ. & improprie, & propriiſsime proprie

eſt periculum perſonarum, improprie per rerũ culpa tunc prouenienti improprijſsime pro caſu fortuito. Petrus, ſanterna tract. de aſſecur. & ſponſion. 4. p. nu. 5. & eſt triplex quoddam eſt vniuerſale totius ciuitatis quòddam eſt Viciniæ, quoddam eſt ſpeciale. Doct. poſt gloſ. l. de pupillo. § ſi quis riuoſ. ver. periculum vbi. Bar. num. 4. ff. de nou. oper. nun. Vigeſimo primo et
21 vltimo not. quatenus pertinet ad hanc materiam, quod ſuſcipiens in ſe omne periculũ non comprehenditur fortuitus caſus gl. com. recepta. l. ſed & ſi §. quæſitum. vbi Iaſon. n. 30. ff. ſi quis caut. l. 1. §. ſæpe. ff. depoſiti. Ripa tract. de peſte de priuilegijs. contract. cauſa peſt. nu. 70. gl. fin. l. negocior. ff. de neg. geſt. Alexan. l. cum poſthumus. §. Titius. num. 2. ff. de liber & poſth. d. §. quæſitum. nu. 10. l. ſi quis nec cauſam. nu. 4. ff ſi cert. pet. Ange. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. nu. 4. ff. commod. Ber. conſi. 194. nu. 21. vol. 1. Iaſon. l. à Diuo Pio. §. ſi poſt. nu. 6. ff. de re iud. ſpecul. tit. de locato. §. 3. n. 5. fallit hoc dictum quãdo aliter operari nequit. Rom. ſing. 42. l. item. §. ſi gemma. ff. locati, ſecũdo fallit niſi aliter ſuadeat ſubiecta materia, vnde nauta ſuſcipiens in ſe omne periculum debet intelligi de caſu etiam fortuito, de caſu tamen ſolito ita in terminis Petrus ſanterna loquens de aſſecuratione nauis tract. de ſponſion. mercat. quarta parte. nu. 15. Tertio fallit quando quis ſuſciperet. in ſe vnum caſum fortuitum in ſpecie & poſtea adiecta ſit clauſula generaliter &

omne

omne aliud periculum, exemplum si conductor in se susciperet in se periculum incursionis hostium & omne aliud periculum tunc casus fortuitus cuiuslibet aduersitatis, quia sicuti exceptio declarat regulam ita posito vno casu extenditur ad alterum, dummodo sit similis expresso quia non compræhenderetur. casus fortuitus maior expresso. Doct. l. sed si §. quæsitum. ff. si cert. pet. c. qui ad agendum de procurat. 6. Din. l. contractus. ff. de regu. iuris. Bald. & Salic. l. 1. C. commod. Doct com. ca. 1. eod. tit. Alexand. consi. 28. l. 1. Bart. l. quæsitum §. pœna. ff. de fundo instr. Fel. & alij. c. sedes de rescr. l. fin. §. cui ff. de vino trit. oleoq. leg. quã do autem casus dicatur maior similis expresso relinquitur arbitrio iudicis. Doct. comm. cap. causam de iud. vt quando casus rarius contingit & periculosior esset. Alex. d. consi. 28 vol. 1. Corneus. consi. 128. volum. 2. Quarto fallit quando suscipiens in se periculum in genere alias teneretur de culpa leuissima isto casu tenetur etiam de fortuito casu, quia nisi intelligeretur suscipiens in se periculum fortuitorum casuum pactum nihil operatur, quod non est dicendum. l. si quando. ff. de leg. 1. l. Aristoni. ff. mand. Rom. sing. 436. l. item. §. si gemma. ff. locati. Quinto fallit quando quis generaliter suscepit in se periculum cum iuramento, quia iuramentum habet vim expressi. Bal. l. 1. C. commod. not. c. ex rescripto de iure iur. l. senium. C. qui testamen. Fac. poss. Curt. consi. 76. hoc in-

tellige quando generaliter assumens periculum, cum iuramento verisimiliter de fortuito casu cogitasset per aliquod aliud expressum nam comm.opin.est in contrarium quod scilicet per tale iuramentum nō estendatur ad fortuitos casus. Doct.com.l.sed & si quis.§. quæsitum.ff.si cer.pet.& in c.1.commo. non enim iuramentum ampl.dispositionem vltra cōsensum.l.fin.C.de non numer. pec. Bar. l. si quis pro eo.C.de fideiuss. ita concl Ripa.de priuil. contract.temp pest nume.84 l. si unquam nu. 10.C.de reuoc.don.strach.tract.de Mercat.4.p. nu.7.& seq. Emanuel Soarez tract.comm.opi. versi.periculum. Sexto fallit, quando suscipiés in se periculum potuit casum fortuitum remouere tunc si non remouit tenebitur etiam de fortuito casu.l.si fund.ff.locati,nisi protestaretur promissori. Septimo fallit quando quis suscepisset in se periculum & fortunam tunc videtur suscepisse etiam in se fortunā aduersam rōne subiectæ materiæ. Barto.l. si his qui ff.de acqui.hæred. not.l. reddatur. C. de professor. med.l.10.Corn.consi.23.lib.2.& est com. secū dum ripam.d.tract.num. 86. fallit hoc vltimū dictum nisi casus accideret.Culpa aduersarij.l. 2.C.de naut. fœnore.l.qui officij.§.fi.ff.de cōtraen.emp.Rom.sing. 435.l.si merces § culpa. ff.loc.Soccin.consi.70.vol.3.Secundo fallit ét si culpa aduersarij non fuit,sed tantum factum interuenit vt si per ipsum, vel cōtra ipsum moueatur bellum iustum. Bart.l.cotem.§.qui maximus

ximus.ff.de public. Anch.consi.414.nam si tui occasione ego iniurier ab aliquo contra te mihi datur actio.l.2.ff.de neg.ges.Rip.d. loco n.90. Tertio fallit quando locator potuit amouere casum,& non amouit tunc conductor etiam si suscepisset in se casum fortuitũ non tenetur.not. l.si fundus.ff.loc. Bald.l.si ea.C. de vsu. Rom. cons.128.Rip.d.loco. nume. 96. Quarto fallit si casus esset insolitus quia suscipiens in se periculum aduersamque fortunam nã debet intelligi de casu solito non autem insolito. Doct. com.d.§.quæsitum not.l.fistulas. §. frumenta. ff.de contr. empt. quis autem dicatur casus insolitus dicitur arb.iudicis habita ratione circũstantiarum casus fortuiti Rip. d. loco nu.104. sed de his latius suo loco infer.dicetur. Videamus modo quomodo & quando,quibus ve in causis quis teneatur de damno dato & de periculo rei interemptæ, & primo dicas quod dominus tenetur emendare damnum datum per eius bestiam,vel illã dare dãnificato pro noxa seu pro dãno.Dec.consi.229.Doct.inst.si quadruplex pauperiẽ fecisse dicatur,in principio Alber.tract.stat.p.1.q.76. & si quis reperit animalia dantia damnum in suo poterit ea capere
22 propria auctoritate, & retinere donec sibi reficiatur, damnum. l. quintus & l. sequen. ff. ad l. falc. Grat. consi. 50. Alexand.consil.135. volom.1.Plotus.tract.de iure iur. §. 53. nume. 7.Gandin.tract.malefic.tit.de pœnis.colum.3. Barto.l. hoc. §. de his. nume. 3. ff. de damno.

infecto, Capicius decis. 45. Papiens. in forma inquisit. versi. contractando. nu. 4. Plot. l. si quando nu. 874. C. vnde vi Menoch. de recuper. pos. Remed. 9. n. 282. & non solum Dominus pro damno dato a bestia tenetur, sed etiam pro filio & seruo quando interuenit aliqua culpa, vt quia poterat prohibere damnum. Aret. consi. 57. col. 3. Crau. consi. 3. n. 16. Soccin. cons. 122. num. 1. vol. 1. Decius. cons. 64. & hoc nisi filius vel famulus esset pu pillus. Mars. sing. 362. & sing. 481 Iason. §. actiones. nu. 83. insti de acti. similiter, quando inter damnum inferentem & illud suscipientem esset inimicitia tūc enim statutum, qood vnus tenetur, pro alio non habet locum. Dec. consi. 64. Plot. de tract. de iure
23 iuran §. 53. nu. 10. Secundo infertur, quod volens percutere vnum percussit alium tenetur ad damnum ei illatum. c. 1. de iniuriis & damno dato. l. ex hac. ff. si qua d. paup. fec. dic. l. fin. ff. de his, q. deiec. vel effud. l. qua actione. ff. ad
34 l. Aquil. Tertio infertur, quod alienatio ī damnum ecclesiæ facta reuocatur, & ei non nocet immo damnum si quid euenerit debet adscribi conductori. Doct. com. c. ad audientiam de
25 reb. eccle. non alien. Quarto appellans iniuste si damnum rei contingit super qua appellatur damnum est appellantis. cum. l. si quis. nu. 1. ff. si quis tutor. vel curato. Quinto communitas tenetur ad damnum per malefactoré ignoratum. Papiens. in forma libelli in actione reali nume. 5. in gl. non adstringens, idem quando
propter

propter communem vtilitatem ſenſit. Angel. l.lege.nu.1.ff.ad l. Rohod. de iactu tamen dam num paſſus pro rata ſuæ partis contribuere tenetur Ang.l.ab omnibus.§.ſi a Titio nu. 4. ff. de leg.1.Bald.in addit ad ſpecul.de cenſib.ver. nota.§.nunc.dicenda.Nichol.l. amiciſsimis. §. Lucius ff.de exc.tutor.Sexto infertur, quod ſi animal ceciderit in ciſternam quam dominus operire tenebatur reddet ipſe precium illius,
27 quod autē mortuū eſt ipſius erit.c.2.de iniuriis & damno dato, ſimiliiter ſi habuerit bouem cornupetam eunque non cuſtodierit & bouē occiderit reddet bouem pro boue & cadauer integrum accipiet.ca.3. eod.tit.Item ſi animal damnum dederit in vinea vt depaſcat aliena ꝓ damno eſtimationem reſtituet.c.4.eod.titu.Septimo infertur quod ſi quis aliquis appoſuerit ignem in agro ſuo & damnum dederit in ſe
28 getes vicini ſui damnum reſtituet hoc idem ſi quis voluntarie ignem miſerit in domum alterius incenſa omnia reſtituet & tres annos pęniteat.ita c.ſi egreſſus & ca.ſeq. eod.tit.ad hæc facit ratio, quod ſi tua culpa damnum eſt datum,vel iniuria irrogata,ſed alijs irrogantibus opem forte tuliſti,aut hæc imperitia tua ſeu negligentia euenerunt iure ſuper his ſatisfacere te oportet,nec ignorantia te excuſat ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere,vel facturam,quod ſi animalia tua nocuiſſe præponas nihilominus ad ſatisfactionem teneris,niſi ea dando paſsis damnum ve-

lis

lis liberare teipsum quod tamen ad liberatio-
nem nonproficit si fera Animalia, vel quæ no-
cere consuerunt fuissent & quam debueras nõ
curasti diligentiam adhibere sane licet, qui oc-
casionem dãni dati damnum dedisse videatur
secus est tamen in illo dicendum, qui vt non ac
ciderit de contingentibus nihil omisit. c. finali
de iniuria & damno dato. Item licet animal
29 non dicatur peccare loquor ego de irrationali
iubentur tamen sacræ legis auctoritate anima
lia interfici non propter conscientiam peccati
sed quia resurgeant memoriam facti, vnde mu
lier, quæ accesserit ad omne pecus & vult as-
cendi ab eo interficiétis mulieré & pecus mor
te moriatur rei enim sunt. c. mulier. 15. q. pri-
mo Octauo infertur, quod periculum & dam
num rei conductæ pertinet ad conductorem,
30 nisi aliter conuentum sit vel nisi fuerit notabi
le damnum adeo, quod remissio mercedis pro
parte facienda esset vt dicam suo loco latius in
ferius pro hoc probat. Corn. consi. 23. nume. 3.
volum. 2. Alexan. consi. 107. nu. 18. volum. 3.
Bald. cons. 329. num. 1. vol. 1. nisi datum fuerit
ob inimicitias locatoris. Salic. l. si merces. nu.
53. ff. loc. Nono infertur, quod si debitor fuerit
31 in mora damnum ad eum spectabit l. quod te
vbi doct. ff. si cert. pet. l. nemo. §. 1. ff. de verbo.
obligati. Mora enim sua cuilibet est nociua. ca.
mora de regu. iur. 6. Angel. l. si insulam. nume.
15. ff. de verbo. obligat Aret. consil. 149. num.
9. vnde interitus rei etiam fortuito casu contin

gens

gens pertinet ad morosum dicta l.quod l. si ex legati.l.si seruum.ff.de le. 1.secundo morosus tenetur ad fructus.l.apud §.fructus.ff.de lega. 1.l.in fideicommissarijs. ff. ad Trebell. & hæc est differentia nam si peto quod meum est veniunt fructus a die moræ si peto quod est alienum veniunt fructus a die litis contestatæ.l. videamus.§.si acti.ff. de vsur. Tertio nocet mora quantum ad interesse quod peti potest quod augetur a die moræ in odium morosi debitoris.l.ratio.ff.de act.empt.l. si calendis de re iudic.Quarto nocet mora quātum ad causarum estimationē tam ex parte actoris quam ex parte rei si enim iudex cum causæ cognitione statuat tempus actori intra quod agat vel reo intra quod excipiat repellitur post illud tempus ei assignatum quasi lapsus temporis tacitam renunciationem inducat l. si quis instituatur. §. item.ff.de hæred.instit.l.si ea.C qui accus.non possunt. Din.d.c.mora.nume.26. casus igitur, qui sequitur moram morosam, non excusat. Bellam.decis.83. nume.2.de probat. Quinto ampl.vt debitor morosus teneatur de casu fortuito propter non solutionem in loco & tempore factam ita ī terminis Afflictus.decis.150. fallit hoc dictum, quando culpa creditoris interuenit, quia mora debitoris cum culpa creditoris compensatur. Afflictus dicto loco
32 nume.24.& sequenti. Secundo † fallit quando casus præcessisset culpam, vel moram Ripa tracta. de priuileg. contra. tempo. pest. num.1.

nume. 1. Decimo infertur quod qui latronem insidiatoré occiderit non tenetur vtique si aliter periculum effugere potest ac nec is quidem lege Aquilia tenetur, qui casu occidit si modo culpa eius nulla inueniatur. §. iniuria inst. de l. Aquilia, vt si ludendo transeuntem occidit in loco vbi ludus ab eo exerceri est solitus, vel si putator ex arbore deiecto ramo seruum suum transeuntem occiderit si prope viam publicam aut vicinalem id factũ est neque proclamauit, vt casus euitate posset culpæ reus est sed si præclamauit, nec ille curauit præcauere extra culpam est putator. §. item inst. eod. tit. l si putator ff. ad l. Aquil. vnde qui facit currere ęquos nisi dixerint guarda guarda tenentur de damno da to gl. & Bal. d. l. si putator. Vndecimo infertur

33 quod medicus ob damnũ datum propter imperitiam tenetur, vt si male secauerit, aut ppęram ei medicamentum dederit. §. pręterea inst. de lege. Aquil. Duodecimo si mulus, vel equs propter imperitiam, vel imbecillitatem Mulio

34 nis, vel equitantis damnum dederit mulio vel æquitans tenétur. § impetu inst. de l. Aquilia.

35 Decimo tertio infertur si ex pari mularum vná vel ex quadrigis equorum vnum quis occiderit, vel ex comædis vnus seruus occisus fuerit non solum occisi fit ęstimatio, sed eo amplius id quoque computatur quantum deprætia ti sunt qui supersunt. §. illud institutione de lege Aquilia. Decimo quarto infertur quod si ani-

36 mal ferox damnum dederit in loco vbi deti-

netur

netur qua vulgo iter sit. Dominus condemnabitur secus si ipsum fugerit a Domino & nocuerit non poterit ipse dominus conueniri, quia desinit dominus esse vbi fera euacit. §. denique insti. de noxal. action. Decimo quinto infertur
37 quod si furiosus damnum dederit actio legis Aquiliæ non est quæ enim in eo culpa est quæ suæ mentis non est. Idem si infans dederit damnum, vel impubes non dum doli capax. l. sed & si. ff ad l. Aquil. Decimo sexto omnia com-
38 moda, quę intra annum, quo quis interfectus est. prætiosiorem seruum facerent hęc accidere ad æstimationem eius dicendum est. l. inde Neratius. §. in summam. ff. ad l. Aquil. Decimo septimo qui foueas vrsorum, ceruorumque ca-
39 piendorum causa faciunt si in itineribus fecerint eoque aliquid dederit factum sit deterius l. Aquilia. obligat runt at si in alijs locis vbi fieri solent fecerint nihil tenentur quemadmodum si laqueos eo loci posuisses quos ius ponendi non haberes & pecus vicini in eos incidisset. l. qui foueas & leg. seq. ff. ad l. Aquil. Idē si nauis tua in pacta in meam scapham damnum mihi dedit si in potestate nautarum fuerit ne id accideret & culpa eorum factum sit lege. Aquilia. cum nautis agendum erit secus si id casu contingeret. l. quemadmodum. §. si nauis. ff ad l. Aqui. Decimo octauo infertur, quod
40 cum pila plures luderent. quidā ex his ferruulum cum pilam recipere conaretur impulit cecidit & crura fregit quærebat, an dominus serui. lege.

ui lege. Aquilia cum eo cuius inpulsu ceciderat agere posset, responsum fuit non posse cum magis casu quam culpa videretur factum. l. si plagis. § finali. ff. ad l. Aquil. Decimo nono in-
41 fertur, quod si quis proiecerit lauaturam super pannos tuos debet sibi emendare induplũ not. l. prima. ff. de his qui deiec. vel effud. quod si plures diuiso inter se cenaculo habitent in eum solum datur, qui inhabitet eam partem vnde effusum est l. si vero. ff. eodem. Vigesimo
42 infertur cum quidam in tabernam equum duceret mulam equus Olfecerit mula calcem reiecit & crus ducentis fregit consulebatur posse ne cum domino mulæ agi, quod eam pauperiem fecisset. Resp. fuit posse per l. fin. ff. si quadra. pauper. fec. dicatur. Vigesimo primo in-
43 fertur, quod si domus ad aliquem certum vsum destinetur puta ad magistrum scolæ si conductor alteri locauerit ad alterum vsum vt ei casus contingant periculum ad secundũ locatoré spectabit. Bal. cõs. 441. vol. 1. in terminis.
44 Vigesimo secundo infertur, quod periculum rei pertinet ad dominum illius regulariter, & hoc quando res perit tota, vt inferius declarabo. Cor. cons. 318. n. 1. vol. 4. Itẽ datoris periculum est, non autem acceptatoris. Bertr. consi. 104. n. 5. vol. 3. Vigesimo tertio infertur, quod si res dotata fuerit data ęstimata perit periculo mariti si vero non fuerit data æstimata perit periculo vxoris. Bald. l. si inter. C. de iure doct. l. æstimata, §. si æstimatis. ff. sol. mat. nã æstimatæ

rei, &

rei,& traditæ facit spectare periculum ad eum cui traditur. Decis. Perus. 10.nu.2. Bar.l.si §. 1. ff.de æstim.act.l.sicut.certo. §. nunc. videndũ. ff.comm.l. quæro.ff.locati. Bar.l.cũ fundus.ff. eod. & hoc procedit in dubio quo casu si res tradatur ęstimata periculum spectat ad accipiẽtem rem cũ æstimatio faciat emptionem vt dicam in seq.illatione, si vero tradatur æstimata hoc acto, quod reddatur æstimatio,& non res periculũ spectat ad accipieuté. Aliquando tñ res datur,æstimata hoc acto quod res reddatur & nõ æstimatio,& tunc periculũ non pertinet ad recipientem rem aliquando traditur res æstimata hoc acto,quod reddatur res , vel æstimatio isto casu consideranda est natura cõtractus Bar.d. §.nunc videndum.col.2. Vigesimo quar
46 to † infert,quod emptæ rei periculum pertinet ad emptorem post æstimationem factã & perfectam venditioné.Decis.perus.60.nu.6.ante vero venditionem factã periculum est venditoris. Bal.consi.393.vol.4.in principio cũ l.exceptione.num .2.ff.de fideiussor. Ancha.consi. 151.nu.2.§.cum aũt vbi Doct. inst. de empt.& vend.Alex.consi.107.num.4.vol. 3. Ang.l.cum inter.nu.1.C.de peric.& com.rei vend. Abb.c. 1.de commod. Alex.l. rogasti nume.1.ff.si cert. pet. Bald consi.214.nu.1.vol.1.consi.393. nu.1. vol.4. Salyc.l.quod sæpe.nume.4. ff. de contr. empt.l.necessariæ. nu. 1.ff.de peric.& com. rei vend. Lambert.tract.de iure patr.lib.6 3. Aret. 14.q.3.num.4.Rol.consi.35. num. 3. volum.2.

l.cum speciem. C.de peric.& com.rei vend. Vigesimo quinto infertur, quod damnum particulare rei emphiteoticæ pertinet ad emphiteotam totale autem pertinet ad dominum. Ang. l.ius nu.4.C.de iure emphiteot.vbi Fulgo.nu. 13. Clar.§.emphiteosis.q. 8. versic.quæro etiã vnde si res perit tota liberatur emphiteota si perit pro parte nulla iuuatur arte. Faber. §. adeo, num.5.inst.locati.Port.consi. 143.& consi. seq. in termin. Vigesimo sexto infertur, quod peri-
48 culum a fortuito casu proueniens ad fideiussorem non pertinet. Doct.com.l.exceptione. §.si culpa tua.ff.de fideiuss. Bald. l. si propterea. C. mand.l.si quis prohibuit.ff.de publ. Ioã. And. c.damnum de re.iur.6.not.l. si procuratorem. §.in ignorantes.ff.mand. Alex.consi. 365. vol. 1.fallit hoc nisi culpabilis esset. Alexan. consil. 57.vol. 1. Bald.consi.119.nu.9.vol.2.Dec.consi. 7.num.2.Imola.l.amissio.num.2.ff.de fideiussor. Vigesimo septimo infertur quod pericu-
49 lum & damnum casus fortuiti pertinet ad dominum: Ang.l.licet nu.2.C. de locat. & cond. l.exceptio.nu.2.C.eod. Ber.consi.143.n 4.vol. 3.& fit remissio pensionis pro rata damni passi Boss.de remiss.merced.nu.87. Vigesimo octauo infertur quod hæreditariæ rei periculum
50 non specta ad bonę fidei possessorem licet culpa casum præcessisset. Ang.l.item.num.1.ff.de pet. hæred. Item hæreditatem adire non compellunt nisi hęredi seruiatur, vel à Prætore remittatur damnũ, vel lucrum.l.apud.ff.ad Trebell.

51 bell. Vigesimo nono † infertur, quod periculũ & damnum rei eiectæ pertinet, ad eum qui eã assecurauit ita Pet. santerna desponsion. mercat. 4. p. nu. 42. & seq. not. l. cum depressa. ff. ad l. Rhod. de iactu. Trigesimo infertur, quod pignoris damnum pertinet ad creditorem. l. quæ fortuitus. C. de pignol. act. glo. & Bart. & com. Doc. l. periculum. ff. de pignor. Negusant. trac. de pigno. i. membr. 6. partis. nu. 38. Trigesimo
52 primo † infertur, quod periculum et damnum societatis pertinet in communi ad ipsos socios not. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. decis. 10. nu. 3. nisi aliquis ex illis fuerit in culpa nam pertinebit ad culposum. Salyc. l. socium. nu. 1. C. pro socio. l. cum duobus. nu. 3. C. eodem. Fulgos. l societem. nu. 5. C. pro socio. Rom. consil. 421. num. 7. Corneus. consi. 157. num. 1. vol. 2. Bartol. l. si merces. §. culpę. ff. locati. Alex. cõsi. 131. num. 5 vol. 5. Bald. consi. 493. vol. 4. nu. 5. Decius. consi. 697. nu. 19. Salyc. l. cum duobus. nume. 3. ff. pro socio. Trigesimo secundo infer-
53 tur quod quemadmodum post perfectam venditionem periculum spectat ad emptorem ita periculum rei venditæ, quæ consistit in mensura sub conditione quod mensuretur spectat ad vendentem ante mẽsuram post vero ad emptorem ita de communi attestatur. Curt. iun. cõs. 74. nu. 27. Afflictus decis. 399. Bald. l. 2. C. de peric. & com vend. Trigesimo tertio infertur.
54 quod stuprator virginis tenetur ad duo primo aut virginem accipere in vxorem aut ad interes

ſe & damnum pro dote quia virginitas eſt ſecunda dos not.c.1.de adulter.Caſſan. conſi.4. in termin.quibus ita illatis,declaratur. Primo
55 vt inſtans periculum demonſtretur. exemplũ in donatione cauſa mortis, quæ dicitur facta inſtante periculo mortis, vel ab hoſte, vel a prædonibus vel ab hominis putentis crudelitate, aut odio aut nauigationis ineundæ, aut per inſidioſa loca iturus aut ætate confectus ita not.l.mortis cauſa.& l.ſequen.ff.de don.cauſa mortis. Secundo declaratur, vt damnum da=
56 tum † ab hoſtibus & ab incerta perſona emẽ datur,a commune. Bartol.l. de vſu.ff.de var.& extr.cogn. Ferrett. tracta. qualiter loca obſeſſa haberi poſſint ſine pugna idem tracta.de bello iuſto & iniuſto.nume.122. Tertio liquidari pri
57 us damna debent & intereſſe quam exequi Boer.deciſ.52.nume. octauo. Bald.conſil.393.
58 volum.2. Quarto declaratur,vt obuiandum ſit potius periculis quam poſt illatum vulnus remedium quærere. Anch.conſil.277.nume. 12. Quinto declaratur vt pax dicatur rupta per dã num datum in bonis. Ferrett.de fer.milit. nume.86. Bald. & Aluar. §. ſi quiſquam de pace tenenda niſi damnum datum fuerit noua diſcordia, ideo damnum non videtur remiſſum per remiſſionem iniuriarum. Bal.& Alexand.l. ſi tibi.§.quædam.ff.de pact. Ampl.etiam ſi pax
59 precio fuerit facta. Sexto declaratur,quod dãnum debet reſtitui in caſu quo ipſa culpa præceſſit ſecus vbi caſualiter contingit. Bertrand.
conſi.

consi. 53. nu. 1. vol. 4. Ber. c. dilecti nume. 77. de arbitr. Clarus. in praxi crim. q. 62. nu. 5. com. di
60 cit. Septimo † declaratur, vt solita damna pertineant ad colonum insolita vero pertinent ad Dominum. l. ex conducto §. sed & credo. ff. locati. Octauo declaratur, vt ex damno dato oria
61 tur actio legis Aquiliæ, quæ habet locum, quã do damnum datum est culpa alicuius aliter. n. quis non tenetur, vel de damno dato cap. fi. de iniur. & damno dato. l. sed & si §. iniuriam. ff. ad l. Aquil. ergo duo requiruntur & quod damnum datum sit & quod culpa dantis datum sit. Host. in summ. de damno dato. nume. 3. & datur duplex directa & vtilis directa datur domino rei qua damnum datum est & eius successori vniuersali. l. item mela. §. legis. ff. ad l. Aquil. vtilis vero datur his qui verè non sunt domini puta vsufructuariis bonæ fidei possessoribus titulum habentibus. Host. d. loco. num. 5. Nono
62 declaratur. quod detur actio contra eum qui damnum dedit. & contra illum qui auxilium tulit. c. fi. de iniur. & damno dato, & datur in simplum. si reus. fatetur damnum dedisse. Hostien. d. loco. nu. 6. & nu. 8.

SVMMARIA.
In XII. Q. Primæ partis.

1 *Casus fortuitus quid sit:*
2 *Casi fortuiti qui sint.*

M 2 *Casus*

3 *Casus fortuiti inputari non debent quomodo intelligatur.*

4 *Casui fortuito prouideri non potest.*

5 *Casui fortuito, quando prouideri potest non dicitur fortuitus.*

6 *Casu fortuito quando obligetur.*

7 *Difinitio secunda fortuiti casus.*

8 *Definitio casus fortuiti. Baldi.*

9 *Casus vnde dicatur.*

10 *Differentia casus fortuiti & improuissi, quæ sit:*

11 *Casus fortuitus non punitur, sed bene casus improuisus.*

12 *Casus fortuiti & fortunæ differentia.*

13 *Fortunam esse error gentilium est.*

Quæst. XII. Primæ partis.

1 SVPPOSITIS, quæ secundũ intentionem & præter illam contingũt quæro modo vt proprius ad materiam huius tractatus accedam quid sit casus fortuitus. Resp. secundum leges quod casus fortuitus est cui nullo hominum consilio prouideri potest. l. 2. ff. de admi. rerum ad ciuit. pertinet. l. quæ fortuitis. C. de pign. act gl. 2 c. sæpe. 50 dist. gl. c. ad aures de ętate, & qual. l. illicitas. §. 1. de officio præsid. c. vnico commod. l. in rebus. ff eod. ibi in rebus cõmodatis talis diligentia præstanda est, qualem quisque diligentissimus pater familias

familias suis rebus adhibet ita vt tamen eos casus non præstet, quibus resisti non posset veluti mortes seruorũ, quæ sine dolo & culpa eius accidunt latronum hostium ve incursus, piratarum insidias naufragium incendium fugas seruorum, qui custodiri non solent. commune gloss. l. diuortio. § sed & si ff. de neg. gest. Abb.
3 d. c. 1. nu. 13. commod. ideo non imputantur, nisi danti operam rei illicitæ. Abb. c. cum Ioannes. nu. 2. de fide instr. Bossius tract. de remiss. mere. num. 67. Abb c. quia num. 13. de conces. prę b. Ant. d. c. 1. n. 8. commod. c. Ioannes. nu. 7. de homicidio & c. continebatur. nu. 3. eod. tit. Bart. l. fluminum. §. hæc stipulatio. nu. 1. ff. de damno infecto Paulus. l. si vt certo. §. nunc videndum. nu. 8. ff. commod. Soccin. sen c. si quis domum. nu. 10. de iniur. & damno dato & dici
4 tur fortuitus, quia pręuideri non potest. Socci. sen. c. peruenit. nu 202. de sent. exco. ca. fin. de homicid. vnde vbi diligentissimus præcauisset, & pręuidisset non dicitur proprie casus fortuitus l. 2. §. eo tempore de adm. rerum ad ciu.
5 pert. Alexand. l. si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut Petrus santerna tract. de spon. merc. p. 3. num. 65. Cagnol. l. contractus. nu. 86. ff. de reg. iur. Alex. l. quod nerua ff. depositi. not. c. Iannes de homicidio ex qua definitione infertur, quod cum humano consilio casus prouideri
6 non possit nullus ex eo obligatur, neque tenetur de damno, nisi in tribus casibus Primo, quando culpa præcedit, vt qui equnm sibi vs-

que Bononiam cōmodatum, duxit ad Mediolanum & post Bononiæ transitum incidit in latrones, qui ei rapiunt illum, secundus cum mora præcedit & fit deterior, aut perijt alter quā perijsset apud commodantem. Tertius cum fit pactū quo quis de fortuito casu teneatur. Doc. com. c. 1. de commo l. in reb. ff. eod. l. 1. C. eod. l. 1. §. is. ff. de act. & oblig. Nauarr. in suo manuale confess. c. 17. nu. 179. summ. Armill. versi. casus. nu. 2. Tabiena. in p. 1. versic. casus. nume. 4. Sylu. ver. casus. fortuitus. num. 1. Ang. versic. ca
7 sus. nu. 2. seu dicas ex mente. Doct. dictis in locis. casus fortuitus est inopinatæ rei euētus cui præuideri non potest. Armill. d. loco nu. 7. Bellam. c. quamquam. nu. 4. dist. 23. Gozad. consi. 62. nu. 11. Rip. de priuileg. cont. tempore. pest. nu. 68. vt incendium. Ruina naufragium. Bellum pestis & famis similia. Abb c. vnico. num. 3. nu. 15. de commod. Alex. l. sed & si §. quæsitum. ff. si quis caution. nu. 19. quibus quidem infirmitas humana resistere non potest. Ang. l. obligationes. §. quoque. ff. de action. & obliga. Ant. de Butri. d. c. 1. nu. 6. Bald. l. quæ fortuitis. num. 4. C. de pign act. nu. 2. vbi dicit casus fortuitus est accidens quod per custodiam curam
8 vel diligentiam mentis humanę non potest euitari ab eo qui patitur. l. si ea. ff. de action. empt. vbi custodia ad versum vim parum proficit. l. ad eos. ff. commod. Iaso. l. a Diuo Pio. §. si post. nu. 7 ff. de re iud §. sed istæ nu. 49. inst. de acti. Paul. l. interdum. nu 7. ff. de iud. Paul. l. si credi-

tor.

tor.num.2.C.de pign.actione. Rubeus.l.sed & si §.quæsitum.num.1.ff.si quis caution.Rebuf-
9 fus.l.vnica.nume. 371. C.de sent. quæ pro eo. ibi casus dicitur euentus inopinatus ex conflu entibus causis & dicitur quasi cadens allegat. Alber.versicu.casus not.l.quod in eum. ff. ad l. Aquilia. Lucas de Péna. l.vna.C.de Annon.& Trib. lib.decimo. Salyc. d. lege. quæ fortuitis. num. 5.l.fistulas.nume.tertio.ff.de contra.emptio.Corn.consil.28. nume. primo. volum. 3. Menoch.de recuper.poss. Remed. 12. num. 22. stante definitione superius tradita,quæro secũdo quid differat casus fortuitus ab improuiso.Respon. quod casus fortuitus caret culpa improuisus vero est quando interuenit culpa aliqua quæ dedit occasionem casui, qui præter opinionem euenit. Bartol. l. quod nerua. quæst. prim. ff. depositi.not. cap. Ioannes. de homicid. gloss. l. prima. C. ad l.Corn.de sicar. improuisus enim dicitur casus qui solet imprudentibus contingere seu euenire. Bald. l.fin. C. de tempori. appella. consil. 170. volum.quinto.l.si ea.ff.de actio.emptio.l.ad eos. ff.commod.Petrus santerna de sponsion. mercat. parte tertia. nume. 66. ex quo sequitur
11 quod casus fortuitus non punitur, licet casus improuisus puniatur per modum culpę. Ioannes. Annibal.l.post contractum.nume.182. ff.de donation. Iason. l. sed & si §. quæsitum num.trigesimo primo.ff.si quis caut. §.sed istę. num. 50.instit.de action.gl.l. prima. §.finali.ff.

ad l.Corn.de ſicar. Salyc.l. 1.num. 2.C.de ſicar. Alex.l.reſpiciendum.§.delinquunt ff. de pœn.

12 Tertio quæro quid differat caſus fortuitus a fortuna.Reſp.quod fortuna conſiſtit ex intentione vt quando quis aliquid inuenit ſubito quod quæſiuit, caſus autem ab euentu abſque intentione.Iaſon.§. ſed iſtæ nume. 53. inſt. de actio.promiſcue tamen in iure vnum pro alio poſitum inuenies & de noſtra vera fide catholica credendum eſt fortunam non eſſe & per cōſequens non gubernare hominum actus error

13 enim Gentilium erat. Catholici vero omnia tribuunt prouidentię diuinæ ſaltim generaliter. Arnald.de Agnoſc. aſſert. hæret. quæſt. 16. nume. 14.

SVMMARIA.
In XIII. Q. Primæ partis.

1 *Caſus fartuitus quotuplex ſit.*

2 *Caſus fortuitus eſt duplex.*

3 *Nix inmoderata eſt fortuitus caſus.*

4 *Incendium ruina, & naufragium eſt fortuitus caſus.*

5 *Partialitas terrarum & obſeſsio dicitur fortuitus caſus.*

6 *Principis factum dicitur fortuitus caſus.*

7 *Vis maior eſt fortuitus caſus.*

8 *Damnum datum a potentiori, dicitur fortuitus caſus.*

9 *Soliti caſus quis dicantur.*

Inſo-

10 *Insoliti casus qualiter dicantur.*
11 *Casus fortuiti sunt innumerabiles.*
12 *Exempla declarant regulam.*
13 *Arborem incidens in loco non consueto per transitum non tenetur si damnũ dederit quia casus fortuitus est.*
14 *Animal, si damnum dederit ad quem pertineat casus.*
15 *Amissio instrumenti est fortuitus casus.*
16 *Bellum dicitur casus fortuitus.*
17 *Infirmitas est fortuitus casus.*
18 *Furtum dicitur fortuitus casus.*
19 *Locustarum damnum est casu datum.*
20 *Damnum datum a prædone dicitur casu commissum.*
21 *Paupertas dicitur fortuitus casus.*
22 *Sterilitas fortuitus casus est.*
23 *Terremotus est fortuitus casus.*

Quæst. XIII. Primæ partis.

1 QVAERO decimo tertio quotuplex sit fortuitus casus. Resp. duplicem esse Primo casu ab ipso facto naturæ cõtingit, vt vis fluminum terremotus & alij similes, not. l. ex cõducto. §. vis tempestatis. ff. locati. Secundo edax locustarum pernicies. l. excepto. C. locati. Tertio tẽpestas terrena & maritima, not. l. 2. §. qđ diximus. ff. si quis caut. quar-
2
to ni

to nix immoderata l. fistulas. §. si fruméta. ff. de act. emp. Quinto senectus. l. si vt certo. §. videndum. ff. commod. Sexto mors dicitur casus fortuitus. Bald. l. quæ fortuitis. num. 2. C. de pign. act. Bald. l. 1. C. de his qui ad libert. peru. non poss. nu. 7. not. l. contractus. ff. de reg. iur. glo. & Doct. l. interdũ. ff. de iud. gl. inst. de capit. dim. in principio. Paul. consi. 136. vol. 1. consi. 398.
4 num. 3. vol. 2. Septimo incendium. Ruina naufragium toto tit. de incend. ruin. & naufr. similiter infirmitas & sterilitas feruor solis non cõsuetus inundatio aquarum. Bal. d. lege quæ fortuitis Menoch. tract. de recuper. poss. remed. 12. nume. 22. Secundo modo dicitur fortuitus casus cõtingens facto hominis vt piratarum hostium & prædonum incursus. l. contractus. ff. de reg. iur. l. in rebus. ff. commodat. Item partia
5 litas terrarum ipsarũ captura & obsessio. Bar. l. sed si ff. sol. mat. Item furtum seu de prædatio facta in itinere in quo solet commeari. Bald. l. 1. C. depositi Item sententia iniusta. c. at si clerici de iudic. l. si per imprudentiam. ff. de euict. falsum testimonium incendium ab altero immissum furtum factum ab eo de quo non erat suspicio. l. item. §. exercitu. ff. locati. l. in ratione ff. loc. l. si merces. §. vis maior. l. ex conducto. §. idemque. l. si fund. l. dominũ. l. pœn. §. nauem. ff. mãd. l. 2. §. solet. ff. pro socio. Bal. l. quæ fortuitis. n. 2. C. de pign. act. Rub. l. sed & si §. quæ sitũ. n. 3. ff. si quis caution. Conc Rim. cons. 5. nu. 128. Sozi. consi. 123. vol. 4. Alba. consi. 1. in

termin.

termin.similiter & casus insolitus dicitur fortuitus.Iason.l.sed &si.§.quæsitum.nu.38.ff.de si quis caut.not.l.1.C. depositi. Alciat. consi. 156.nu.3.Item factum principis fortuitus ca-
6 sus dicitur. Ber.consi.143.nu.6.vol.1.Sozin.l. quidam. nu. 3.ff.de reb.dubiis.Crau.consi.95. nu.1.Item vulnera seruorum enumerantur, inter fortuitos casus.l.cum duob.§.quidã.ff. pro
7 socio.Item vis maior,& horreorum tractura.l. 1.& l.4.C.locati. Item tempestas.l.fistulas.§.fi. ff.de contr.empt. Itẽ lapsus facultatum. l. 2.§. si eo.ff.de adm.rerũ ad ciuit.pert.Item furor.l. 2.§.si non ff.si quis caut.fulgor.& omne datũ
8 a cælo item omne damnum datum a potentiori.l.si fundus.ff.locati.Alber.d.l.quæ fortuitis. nume.2.C.de pignor.actione vbi dicitur alias esse casus fortuitos,qui nec dici, nec enumerari possunt.l.fin.§ 1.C.de tempor.appellat. rur
9 sus aliter distinguendo dicas quod aliqui casus sunt soliti aliqui insoliti soliti alij præuideri possunt alij non qui præuideri possunt sunt culpabiles secus autem qui præuideri non possunt:soliti casus qui contingunt absque culpa pa vt mors naturalis quæ naturaliter contingit.l.contractus.vers. mortes. ff. de regu. iur. l. in.reb.ff.commo.secus aũt vbi est data occasio quia tũc nõ excusatur mors.l.qui insulã.§. qui mulas.ff.loc.& cond.exẽpl.ponit igneus.l.cõ-
10 tractus.nume.78.ff. de regu. iur. Insoliti sunt casus qui rarissime contingunt, vt fuit inundatio fluminis Arni in hac ciuitate Floren-

tina

tina de Anno. 1557 qua nec maior neque terri bilior fuit habita ĩ illa, & licet fortuiti casus nu merari non possint, vt not. Bald. l. cum anterio
11 ribus nu. 6. C. de temp. appell. quia vt inquit casus est euentus sine intentione idem dicit. Sa lyc. l. sępæ. n. 1. C. de pręscri. 30. Annorum; ni hilominus ponam sigillatim hic nõnullos exẽ pli causa vt magis declaretur materia ista ad not. quæ dixi in tract. de leg. & stat. p 2. q. 13.
12 nume. 6. Dico igitur. Primo facta generali di stinctione, quod incidens arborem si percusse rit aliquem & sit in loco vbi non est transitus
13 personarum non tenetur, quia talis casus for tuitus est not. Doct. comm. l. si putator. ff. ad l. Aquil. c. hi qui & c. seq. 50. dist. Secundo Allu uio dicit fortuitus casus. not. l. 2. C. de alluuio.
14 l. 2. C. de præd. nauic. Brun. tract. de interitu & perempt. concl. 12. Tertio si animal damnum dederit. not. l. 1. & seq. ff si quadr. pauper. fec. dicatur quarto amissio instrumentorum, vel
15 scripturarum, vel alterius rei inter fortuitos ca sus computatur. Anch. consi. 316. n. 4. Fulgos. l. si quis. §. prætor. n. 5 ff. de edendo. Quinto bel
16 lum dicitur fortuitus casus. Sozi. cõsi. 123. vol. 4. Alba. consi. 1. in termin. Port. consi. 143. Rim. consi. 55. nume. 128. Boss. tract. de remiss. merc. num. 95. Sexto infirmitas dicitur fortuitus ca-
17 sus. l. si quis in graui. ff. ad Syllan. Ripa. in trac. de peste. col. 2. & seq. & hoc siue sit infirmitas animi siue corporis vt furor. l. si cum dotem. §. quid enim, ff. sol. mat. Septimo furtum dicitur fortui-

18 fortuitus casus † maxime quando factum fuit, à persona cui confidendum erat vt à coniunto & famulo not. Doct. c. 1. de commod. l. Imperator. ff. loc. Angel. l. item. num. 7. ff. de constit. pec. Octauo fluminis impetus casus fortuitus est. l. ex conducto. §. 1. ff. loc. Nono fuga seruorum casus fortuitus est l in rebus. ff. cōmod. Decimo factum tertij casus fortuitus est. Ber. consi. 139. vol. 1. sicuti Principis factum est ét fortuitus casus idem consi. 143. nu. 6. vol 1. Sozin. l. quidam num. 3. ff. de reb. dub. Crau. cons. 95. nume. 1. Vndecimo grando nix & glacies immoderata casus est fortuitus. Angel. l. licet nume. 2 ff. loc. l. fistulas. in fine. ff. de in diem adiect. Duodecimo incēdium connumeratur, inter fortuitos casus not. l. si quis fundum. ff. loc. l incendium. C. si cer. pet. l. si vendita. ff. de peric. & com. rei vend. Bald. consi. 137. num. 2. volum. 4. l. capitalium. §. incendiarij ff. de pœnis. l. in rebus. ff. commod. Decimo tertio locu-
19 starum damnum dicitur factum fortuito casu. Ange l. excepto. nume. 1. C. locat Cassan. cons. 1. Decimo quarto mors numeratur inter fortuitos casus. not. l. in rebus. ff. comm. Angel. l. interdum. num. 3. ff. de iud. vbi etiam Paul. num. 6. Decimo quinto naufragium inter fortuitos casus collocatur. d. l. in rebus. ff. commod. De-
20 cimo sexto obsess o ciuitatis inter fortuitos ponitur casus. Doct. c. de his 50. dist. Decimo septimo damnum à prædone. Bald. l. creditor. ff. de solut. Alex. l. si vero. §. in his. ff. sol. ma. idem

est in

eſt in Pyratarum inſidiis teſt. eſt cum Doct l. in rebus. ff. commod. Decimo octauo paupertas dicitur fortuitus caſus l. ſecunda. §. ſi vero. ff.
21 de admin. rerum ad cui. pert. Decimo nono Ruina caſus fortuitus nuncupatur. Ang. l. ſi finita. §. ſi quis nume. 1. ff. de damno infecto. Vigeſimo ſterilitas connumeratur inter fortuitos
22 caſus. cap. quæ propter locati. Boſſ. tract de remiſs. merc. nume. 2 & ſeq. Vigeſimo primo ter remotus eſt fortuitus caſus. l. fluminum. §. &
23 labeo. ff. de damno infecto. Vigeſimo ſecundo & vltimo omnes inſoliti caſus fortuiti dicũtur. Alciat. conſi. 157. num. 3. Sozin. conſi. 123. nu. 12. vol. 4.

SVMMARIA.
In XIIII. Q. Primæ Partis.

1 *Allegans fortuitum caſum illum probare debet.*
2 *Conducens molendinum quando ei fiat remiſsio penſionis.*
3 *Amiſſam pecuniam allegans tenetur probare.*
4 *Inuentarium allegans eſſe amiſſum probare tenetur.*
5 *Conductor pecudum ſi allegat ſibi furatas eſſe debet illud probare.*
6 *Facta non præſumuntur niſi probetur.*
7 *Probatur fortuitus caſus iuramento.*
8 *Notarius allegans amiſiſſe prothocollũ illud probare debet.*
9 *Caſus fortuitus probatur coniecturis.*

Periuro

10 *Periuro non creditur.*
11 *Testibus probari potest fortuitus casus.*
12 *Casus qui sine culpa esse dicantur.*
13 *Lex loquens de fortuito casu debet intelligi de eo cui non potest resisti.*
14 *Legiptimis probationibus fortuitus casus debet probari.*
15 *Arbitrio iudicis probatur fortuitus casus.*
16 *Fama sola quandoque probatur fortuitus casus.*
17 *Arbitrio iudicis iudicatur fortuitus casus:*
18 *Iudicis arbitrio dicitur insolitus casus vel solitus.*

Quæst. XIIII. Primæ Partis.

1 QVAERO Decimo quarto quis teneatur probare fortuitũ casum item & qualiter ipse probetur. Ad primum respon. quod allegans fortuitũ casum illum tenetur probare not. §.creditor.institu. quibus modis re contr.obliga. Bald.l si quis nume. 5.ff.de edendo.Dec.consil.552.nume.septimo. Sozin. consil.24.nume.40.volum.primo.Anch.consi. 316.nume.4.Gozad.consi.63.num.2. Fulgos.l. l.si quis §.prætor.nume.5.ff.de edendo. Sozin. consi.24.num.4.volum.1.Bald.consi.476.nu. 2.vol.1.Ber.consi.98.nu.4.vol.3.Alber.l. si creditor.nu.2.C.de pact.Exemplum in eo qui du
2 xit molendinum pro certa annua pensione voluitque l. fieri remissionẽ pẽsionis ex eo, quia

allegat

allegat se fuisse impeditum propter bellum seu vi fluminis certe ad ipsum allegantem spectabat probatio casus. Dec.consi. 252 nume.7. Secundo infertur quod si quis diceret se ami-
3 sisse pecuniam, nec potuisse exigere a creditoribus non excusatur quo minus teneatur contribuere sociis, nisi probasset fortuitum casum. Sozin consi.24.nume 40.vol.1.no.l.si quis ex argentariis.§.fin.ff.eod. Bal.l.si creditor. C. de
4 pign.act. Tertio infertur quod mulier, quæ tenetur conficere inuentarium, si ipsa dicat, se illud confecisse, sed amisisse nõ creditur. ei nisi amissionem probet, not.l. cum ita. §. species. ff.de leg. 3. Anch.consi. 316.num.4. Quarto infertur. quod conductor pecudum si dixerit eas sibi furatas esse nõ creditur ei, nisi casum probauerit. Ber.consi.98.num.4.vol. 3. Alex. cons. 118. vol.1 dumodo deponant de identitate pecudum. Bart.l.senatus ff. de accusat. Ratio huius dicti generalis est quia casus est quid facti facta autem non præsumuntur, nisi probentur.l.
6 in bello.§ facta de capt. & postl reuers. ad secundum quæsitum Respon. casum fortuitũ probari pluribus modis primo modo probatur p
7 iuramentum cum aliqua tamen causę cognitione. Innoc c.cum olim.de priuileg. specul. tit. de pignor. in princ. versi. sed qualiter. Bart.l. scire. §. sufficit.ff.de exc.tutor. Alexand.l.secunda.§. quod diximus. ff. si quis caut.consi. 55. vol.2. Bart.l.si quis ex argentariis.§.an vero.ff.de edẽdo.gl.l. publicati.C.dę testibus.gl.& Doct. l.si

quis

quis fundum. §. imperator. ff. loca. not. l. sicut vim. C. de pignos. § fi. vbi gl. & Doct inst. quibus mod. re contr. obligat. Bald. l. testium. C. de testibus l. sicut. C. de fide instr. Abb. c. 2. de deposito mihi tamen placet distin. posita. per Bar. l. scire. §. sufficit. ff. de excut. tutor. videlicet aut quis vult se propter casum fortuitum excusare ab eo quod tenebatur ex contractu & non potest gl. l. finali. C. de fide instr. si vero non tenebatur ex contractu sufficit sacramentum. Bart. l. fin. C. de nauic. lib. 11. Menoc. c. cupiētes. de elect. 6. c. proposuisti. 82. dist. ca. placuit. 18. dist. & hoc fallit, quando aliquid periit circa quod
8 diligentiā adhibere debuit vnde notarius allegans amisisse prothocollum non probat amissionem hanc solo iuramento. Bald. l. fin. C. de edendo. Alex. l. prætor. §. pen. num. 13. ff. de edēdo. Secundo modo probatur ex coniecturis, & præsumptionibus præsertim, quando sunt de re quæ est difficilis probationis, vnde si quis dixerit sibi fuisse rem furatam satis erit dicere
9 quod hostium ei fractum fuerit a latronibus. Alexan. consi. 53. num. 3. volum. 2. consi. 24. nume. 5. eod. vol. & isto etiam casu iuramēto probatur sicuti si persona iurantis sit talis auctoritatis cui credendum sit cum iuramento. Aretinus. Ang. l. non exigimus. §. quod diximus. nume. 3. ff. si quis caution. Fallit hoc quando quis casum iuramento semel probauit. Nam si ite-
10 rum allegat eliquid casu contingisse non auditur iurando sed alia probatione opus est. l. si secundum

cundum.ff.de bon.auth.iud.iud. posſid. Ang. d.§.quod diximus.num.4.idem.l. eum qui §. ſi rem.ff.commod. Bald.conſi.476.vol.1.nu.2. Secundo fallit quando per teſtes ipſum casú veriſimiliter probari poſſet. Doc.com.l.ſi quis
11 ex argentariis.§.antepen..ff.de edendo. Tertio declaratur, vt intelligitur quantum ad conſequendam exceptionem, tunc enim ſufficit probari caſus per iuramentum ſecus quoad conſequendam actionem.l.pænas.§.docere.ff. ne quis eum qui. Quarto limitatur, quando quis ſemel fuiſſet periurus, quia tunc amittit omnem facultatem probandi per iuramentum c.paruuli.22.q.3. Roma.l.admonendi. nu.28. ff.de iure iur. Bald. auth. qui iurat. C. de bon. auth.iud.poſſ. Iaſ.l.nō exigimus.§.quod diximus.nu.4.ff.ſi quis caution. Tertio modo probatur hoc pacto qm̃ aliqui ſunt caſus qui ſine culpa regulariter non cōtingunt qualis eſt in-
12 cendium & furtum l.ſi vendita ff.peric. & cōmo.rei vend.l.cū duob.§.damna. ff. pro ſocio. & probatio illo caſu non dicitur purgata culpa, & tunc ipſe tenetur probare culpam in eo ceſſare cū præſumptio ſit contra ipſum.l. fin. ff.quod met.cauſa.l.1.§.ſi quis.ff.ad Syll.ſi vero ſit caſus qui ſine culpa cōtingit vt incorpus hoſtium vis latronū & ſimiles.l.in rebus.ff. com. qui euitari non poſſunt.l. quæ fortuitis. C. de pign. actio.tunc probata amiſsione, vel interitu rei dicitur probatus caſus.l.ſi merces.§.culpæ.ff.loca.& cond.Paul.l.ſi creditor. nume .7.

C.de

C.de pign.act. Quarto dicas, quod leges loquẽtes de fortuito casu qui excusant habenté custodiam debet intelligi, quod sit talis qui præuideri, nec resisti potuit tunc eo probato sequitur excusatio l.in iudicio C. loc. & cond. si vero ei resisti non potuit tunc eo probato debet probari diligentiam alias nõ excusat.l.1.§. fin.ff.ad Syll. Igneus.l.contractus.nu.35.ff.de
14 reg.iur. Quinto modo probatur per testes vel aliis legiptimis modis.l.ne quid.ff. de incend. ruina & naufrag. Alber.l.qui commeatus.ff.de re militari l.si quis ex argentarijs. §. prohibet. nume. 5.ff.de edendo.l.si creditor.nume. 2. C. de pign.act. Boss.tit.de remiss.merced. nu. 73. Sexto & vltimo dicas quod si debet probari casus fortuitus debet esse arbitrarium inspecta facilitate probationis, vel difficultate inspecta qualitate personæ & secundum prædicta aliquando exiget plenam probationem aliquando non Ioan. Andr.cap. primo. de dolo & contum. sexto idem in addit.ad specul. tit. de appella. §. nunc breuiter. versic. quid ergo. Doct. l.secunda.§.adijcimus.ff.si quis caut. Ant.cap. ex ratione de appell. Angel. l. fin. ff. de fer. Bal. & Salyci l.prima.C.de dilat.l.quæsitum. ff. de re iud. Alexand. consil.53. volum.2. nume. 3. vnde in his in quibus probatio difficilis est sufficit probatio per coniecturas alias non faceret fidem. Fed. consil. 119. not. capi. Michael. de fil. præsb. l. si vicinus. C. de nuptijs cap. veniens de testibus Host.c. fin. quod met.

causa.l.quicunque. C. de seru. fug. & sic in his sufficit probare per famam cum aliquibus adminiculis.not.c.præterea de testibus, ita in terminis. Alex.cons.53.in fine volum.2 Conc.lag. alleg.94. Alex.cosi.24. nume.6.volum.2. concluditur, ergo arbitrio iudicis probari fortuitũ casum sicuti etiam in arbitrio iudicis est iudica
17 tur qualis dicatur fortuitus casus qui excuset & inducat remissionem mercedis. Boss. trac.de remiss. Merced.num.12.Rim.consi.40.nume. 26. Rip.tract.de peste.p.2.n.101.Menoc.tract. de recuper.poss.Remed.12.nume. 37.similiter quis dicatur casus fortuitus insolitus arbitrio
18 iudicis relinquitur idem Menoch. tracta. de arb.iud.lib.2.cent.1.consi.80.nume. 8. Tiraq. l.si vnquam versicul.omnia.num.31. C.de reuoc.donat.

SVMMARIA.
In XV. Quæst. Primæ Partis.

1 *Periculum rei suscipiens an teneatur, de fortuito casu.*

2 *Solitum casum intelligitur suscipere ille, qui suscipit in se fortuitum casum.*

3 *Emens gabellam carnium fit ei remissio mercedis, si pestis contingat eo tempore.*

4 *Aestimationem promittens intelligi debet de solita.*

5 *Molendini expensas si quis reficere tenebitur, nõ obligatur ad dãnũ datũ ex insolita inundatione.*

Inmuni-

6 *Inmunitas concessa non soluendi onera non debet intelligi de oneribus, quæ imponuntur ratione belli.*

7 *Emphiteota suscipiens in se fortuitum casum nō intelligitur de insolito.*

8 *Conducens gabellam non tenetur ad insolitos casus.*

9 *Prata conducens cum certa pensione si occupentur ex incursu hostium non tenebitur ad pensionem.*

10 *Renunciatio casuum fortuitorum generalis nō valet specialis tenet. & nu.* 11.

12 *Obligatio ad aliquot casus in specie cum clausula generali, & ad omnes alios deberet intelligi de similibus.*

13 *Stipulatio conuentionalis non requirit expressam mentionem cusus.*

14 *Obligatus ad casum ante contractum suscipiendo in se periculum de casu etiam tenebitur.*

15 *Possessio vbi non est ibi culpa esse non potest.*

16 *Periculum suscipiens in casu vbi venit dolus lata culpa & leuis tenetur etiam ad casum.*

17 *Vbi quis tenetur de fortuito casu quando suscipiēs in se periculum teneatur dato quod veniat alterius culpa.*

18 *Quando dicatur obligari ad solitos casus ille qui in se suscipit periculum & casum.*

19 *Renuncians casui fortuito in casu quo renunciatio non valeat an firmetur talis renunciatio iuramento.*

Quæſt. XV. Primæ Partis.

DEcimo quinto quæro vtrum ſu-
ſcipiens omne periculũ rei tenea
tur ad fortuitum caſum Breuiter
reſp. quod non niſi fiat ſpecialis
1 mentio alicuius caſus fortuiti ꝑ
vt latius dixi ſuper in 11. quæſtione, ſed po-
ne qđ fiat mentio de his qui caſu venient reſp.
ꝙ regulariter veniũt tm̃ caſus ſoliti nõ aũt in-
ſoliti ita ĩ terminis huius quæſt. Doct. cõ. l. ſed
& ſi §. q̃ſitũ vbi Fulg. n. 11. ff. ſi quis caut. Sozi.
l. 2. nu. 6. ff. de vulg cõſi. 123. n. 12. vol. 4. Crau.
2 cõſi. 294. n. 9. Port. §. itẽ. nu. 8. inſt. quibus mo
dis re contr. oblig. Aret. §. cum autẽ. nu. 3. inſt.
de empt. Alciat. conſi. 157. nu. 3. Alex. l. Titius.
num. 4. ff. de liber. & poſth. ex quo dicto infer
tur ad plura notabilia, & primo infero quod
3 ementi gabellam carnium fit remiſsio merce-
dis ob ſuperuenientem peſtem quia eſt in ſo-
litus caſus Corneus conſi. 128. vol. 2. Secundo
4 infertur, quod promittens æſtimationem intel
ligitur de ſolita non autem de ea quæ fuit tem
pore chariſtiæ. Ita in termin. Natta. conſil. 21.
vol. 1. Tertio infertur quod ille qui tenetur ad
5 expenſas reficiendi molendinum ſi ſuperuene
rit inundatio inſolita non tenebitur. ita idem
Nacta. conſi. 256. vol. 2. in termin. Quarto ar-
6 guẽdo à cõtrario ſenſu inmunitas cõceſſa non
ſoluẽdi onera nõ debet intelligi de oneribus q̃

impo-

imponũtur ratione belli. Natta. consi 406. vol. 2. Alba. consi. 1. in termin. Quinto emphiteota suscipiens in se fortuitum casum non dicitur suscepisse insolitũ ita in termin. Redhoã. tract. de reb. eccl. non alien. tit. de remiss. merced. §. multi autem. n. 5. Pag. 428. Sexto si quis
8 conduxerit gabellam cũ pacto quod teneatur de fortuito casu non tenetur de casu siccitatis insolito ita. Alciat. cõsi. 157. nu. 1. & seq. in ter
9 min. Septimo quidã conduxit prata cũ pacto quod teneatur ad omne periculum & rischiũ in re contingente si occurrat incursus hostiũ non tenebitur soluere pensionem quia tale pactũ ad hunc casum non estenditur ita Bar. soc. consi. 123. vol. 4. in termin. conc. Alex. l. Titius. nu. 4. ff. de lib. & posth. Pantaleon. de Crema. l. rem maioris. nu. 234. C. de resc. vend. vbi dicit, quod precia rerũ non attenduntur tpe charistie. not. §. si quis agens inst. de action. idé est in sterilitate. Ber. cos. 142. vol. 1. n. 7. & n. 19. Igneus. l. cõtractus. n. 26. ff. de re. iur. Sozi. cõs. 20. vol. 3. n. 3. Cra. cõs. 294 n. 9. Port. §. ité inst. qb. mod. re cõrr. obl. Ité no. ꝙ renũciatio casuũ fortuorũ spãlis valet gñalis aũt nõ Doct. com. l. sed & si §. q̃sitũ. ff. si quis cauction. Tabien. in ver. cas. nu. 6. Silu. ver. cas. & n. 2. & seq. Ang. ver. cas. n. 3. Armil. ver. cas. n. 3. Alex. l. filio. §. Titius, n. 4. ff. de lib. & posth. ampl. ét si interuenerit iuramentũ. Alex. d. § quęsitũ. nu. 17. cõ. dicit. Bar. l. Seio. §. medico. ff. de Anleg. l. Iason. l. Titius. nu. 14. ff. de lib. & posth. in casu tñ in

quo valet renunciatio casuum valet in contractibus secus autem in iudiciis. Ias. l. si creditor. num. 2. C. de pigno. act l. prima. nu. 4. C. com. Cor. consi. 128. nu. 13. volum. 2. Ias. consi. 107. vol. 1. Barb. consi. 47. vol. 4. Rol. consi. 26. nu. 16. vol. 2. Ber. consi. 177 nu. 50. vol. 1. Dixi ego in tract. de reg. iur. par. i. ampliat. 17. & ampl.
11 99. quibus ita suppositis prima sit conclusio, quod ad hoc vt valeat renunciatio casuũ fortuitorum facta in iudicio requiritur, quod casus fortuiti singulariter exprimantur. Rub. l. sed & si §. quæsitum. nu. 27. ff. si quis caution. & valet in casibus fortuitis specificatis tãtum etiam si clausula generalis apponeretur maxime in prętorijs stipulationibus ibidem num. 36. Secun-
12 da † sit conclus. quod quando quis obligatur ad aliquos fortuitos casus & ad omnes alios debet intelligi de similibus expressis. l. Item §. exercictu. ff. loc l. merces. §. vis maior. ff. eod. idem ibid. nume. 40. Tertia est conclusio quod
13 in stipulationibus conuentionalibus si quis suscipiat in se periculum fortuiti casus obligatur nec est necesse quod exprimatur in specie. Bartol. l. Titius. ff. de libe. & posth. est comm. opin. Doct. de qua per Alex. & Ias. d. §. quæsitũ. vbi
14 Rubeus n. 44. Quarta † conclusio sit quod vbi quis tenebatur de fortuito casu ante contractũ suscipiendo in se periculum videtur suscipere casus fortuiti. l. periculum. ff. de naut. fœnor.
15 Rub. d. loco nume. 46. Quinta conclusio ponitur, quod vbi possessio rei non transit ad eũ

qui

qui se subicit periculo isto casu appellatione periculi venit casus fortuitus. l in vēditionis. ff. de peric. & commod. rei vendit. quia qui non possidet secund. Barto. non potest esse in culpa.

16 Sexta † sit conclusio, quod suscipiens in se periculum in quo venit dolus lata culpa leuis negligentia, & leuissima culpa. l. opus. ff. loca. tunc appellatione periculi casus fortuitus comprehenditur. l. & Aristoni. ff. manda. sed in hoc maxime est inspicienda mens. contrahentium, vt per Rubeum dicto loco. nume. quagragesimo nono. Septima conclusio sit quod

17 vbi quis tenetur de casu fortuito si suscipiant in se periculū si prius tenebātur de casu contingente absque culpa alterius contrahentis tunc tenebitur de casu contingente culpa ipsius cōtrahentis dummodo dolus absit. l. qua officij

18 §. finali. ff. de contrahen. emptio. Octaua † sit conclusio, quod in his casibus in quibus quis se obligat ad fortuitos casus videtur, se obligare ad solitos tantum, non autem ad insolitos. Corn. consil. 282. volum. quarto. Rub. dicto. §. quęsitum. nume. quingentesimo primo. Nona & vltima sit conclusio, quod in casu in quo non valet renunciatio. Cas. fort. non valet etiam cum iuramento ita. Rub. nume. 52.

SVMMARIA.
In XVI. Q. Primæ Partis.

1 Casus fortuitus neminem obligat.
2 Adesse non videntur illi qui causaliter adsunt.
3 Arg. a contrario sensu validum in iure.
4 Alluuio non est imputanda conductori.
5 Venditæ rei periculum ad quem pertineat. & nume. 20.
6 Bellum superueniens excusat.
7 Commodatarius non tenetur si res commodata perierit.
8 Homicidium casu commissum non imputatur.
9 Custos non tenetur de fortuito casu.
10 Debitoris periculo quando pereat res.
11 Portitor qui negauit aliquem admittere in portu an teneatur.
12 Cessionarius quando de casu fortuito obligetur.
13 Colono non imputatur fortuitus casus.
14 Contractus est validus si fortuito casu omittatur solemnitas,
15 Inundatio magna excusat.
16 Conductori non imputatur fortuitus casus.
17 Specie perempta liberat debitorem.
18 Legiptima si pereat fortuito casu reuocatur;
19 Incendium non imputatur.
20 Emptę rei periculum ad quem pertineat.
21 Equi conducti damnum ad quem spectet.
22 Emphiteota non tenetur de fortuito casu.
23 Furioso non imputatur quicquid gestum est ab eo.

Furtum

24 *Furtum factum a Domesticis quomodo et quando imputetur.*
25 *Fideiussor non tenetur de fortuito casu.*
26 *Negociorum gestor nō tenetur de fortuito casu.*
27 *Gabellarum conductor non tenetur, de fortuito casu.*
28 *Homicidium casu commissum excusat ab irregularitate.*
29 *Pro facto habetur id quod casu impeditur.*
30 *Bonæfidei possessori non imputatur casus contingens.*
31 *Vti frui impedito casu fortuito datur repetitio pro rata temporis.*
32 *Hæres conficiens inuentarium non tenetur si hære ditas casu perierit.*
33 *Exportans aliquid de vno loco ad alium non tenetur de casu.*
34 *Medico non imputatur fortuitus casus.*
35 *Mandatarius excusatur fortuito casu.*
36 *Nuncij casus excusat dominum.*
37 *Nauta non tenetur de fortuito casu.*
38 *Locator operarum excusatur fortuito casu.*
39 *Pignoris damnum cui imputetur.*
40 *Puniri non debet id quod casu contingit.*
41 *Casus superueniens quando à culpa præcedente excuset.*
42 *Pastor excusatur si casu ei aliquid contingit.*
43 *Præscriptionis cursum impedit fortuitus casus.*
44 *Socij damnum est communicandum.*
45 *Statutum disponens de damno dato non comprehendit fortuitum casum.*

Culpa

46 *Culpa præcedens & ordinata ad casum non excusat.*

47 *Mora cum præcessit casus non excusat.*

48 *Pacto recipi potest fortuitus casus.*

Quæst. XVI. Primæ partis.

1 QVAERO Decimo sexto qualiter & quando quis de fortuito casu teneatur. Resp. reg. esse com. neminem ex fortuito casu obligari gloss. 1. ca. ad aures de ætate & qual. cap. vnico commod. l. illicitas. ff. de offic. præsid. Bart. l. Cæsar. num 4. ff. de public. & vectig. l. fin. §. 1 . ff. ad l. Rhod. de iactu. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. cum duobus. §. damna. na. ff pro socio. l. ex facto. §. rerum. ff. de hæred. instit. l. quæsitum. §. idē. ff. de fundo instr. Dec. consi. 473. num. 7. consi. 523. nu. 3. l. 2. §. si eo. ff. de admin. rerum ad ciu. pert. l. contractus. in fine. ff. de regu. iur. §. item inst. quibus modis re contra obligat. ca. 2. depositi. l. qui saltem. ff. de leg. 3. Cephalus. consi. 20. nume. 12. Ampl. & limitatur hæc regula pluribus modis & Pri-
1 mo actio pignoratitia recipit dolum & culpam non autem venit in ea fortuitus casus ita in termin. Alber. l. si cum venderet num. 4. ff. de pig. act. conc. l. creditor. eod. titu. Secundo Abesse
2 non videntur illi qui causaliter ab sunt not. l. si ita. ff. de leg. 3. Bar. l. quæsitum. § fin. ff. eod. titu.

titu.l.qui saltem. ff.eo.l.ex facto.§.rerum. ff.de hæred.in st. Dec. consi. 523.nu.3. ideo non est. imputandum arg à contrario sensu ei qui casuliter abest. Tertio incidens arborem si fortè fortuna ramus in nemore cadens percusserit aliquem non imputabitur incidenti. Ita not. Doct.com.l.si putator.ff.ad l. Aquil.ca. hi qui & c.seq.distin. 50. Quarto ampl. quod si ager
4 alluuione occupetur emphiteota non tenetur, sed minuit,ei pro rata damni passi.l. 2. & seq. C.de alluuion.l.2.C.de præd. naui.lib.11. Brun. tract.de dim.& deter.cõcl.12.si vero contingat in re vendita ante tradionem aduenditorem periculum spectat. Angel l ex mille. num.1. ff. de
5 euic.Quinto ampl.vt si quis amitteret librum, vel instrumẽtũ nõ per hoc priuabitur iure exigendi suum si amissio probabitur. Anch.consi. 316.num.4,Fulgos.l.si quis.§.prætor.nu. 5.ff. de edẽdo. Sexto si quis tenebitur ad aliquid excusatur si propter bellum quod inter fortuitos
6 casus connumeratur fuerit impeditus. Sozin. consi. 123.vol 4. Alba.consi.1.in termin.Port. consi.143. Boss.tit.de remiss. merc. nume. 93. Septimo commodatarius si res commodata casu fortuito perierit non tenetur Portius.§;item
7 si num.19. instit. quib. inod. re contr. obligat. Octauo clericus qui casu aliquem interfecerit in proprio gradu ex dispensatione manere per
8 mittitur not.c.de his.50.dist.Clem.1.de homicid.vol.& in vol.Nono custos non tenetur, de fortuito casu. Corn. consi. 28.volum. 3. Natta

consi.29.

consi.29.vol. 1. creditor ex contractu seu literis cambij incerta pecuniarũ quantitate in certo loco soluenda non amittit ius suum ob rerũ & bonorum suorũ in manibus debitoris depopulationem in illo loco à militibus factã, quia omne periculum ac damnum casusque fortuitus circa bona & res ipsius debitoris contingens ad eum spectat. Aug Ber.consi.194.vol.1. in termin. Decimo quidã portitor Portus recu
10 sauit admittere in portum quosdam bubulcos cum curribus onustis ob quã recusationẽ coacti fuerunt aquarũ furori se cõmittere in quarum transitus dicitur submersus quidam iuuenis couductor bobũ simul cum bobus duobus fiscus instat, vt delatus puniatur veluti causa secuti interitus, ex aduerso excipit Reus quod recusauit admittere curros tantũ onustos ob periculũ nauis vetustę & attritæ.& quod mors secuta fuit imperitia bubulcorũ & debito agitato processu reus absolutus fuit, nec de casu illo quidquã habuit culpæ ita Crau.in ter-
11 min.in consi. 8.nu. 1. & seq. Vndecimo casus contingens nomini cessi non pertinet ad cedẽtẽ quando cessionarius.sciebat qualitatem ipsius nominis.l.inter.§.abesse. ff. mand. Imola. l.pupilli.§.soror.nu. 3.ff de sol.& liber.Bart.l. prætoria.la 2.ff. de præt. stipulat.Imol. l facta nu.4.ff.ad Trebell.Duodecimo ampl. vt hæres
12 nõ teneatur soluere quarta parrochiæ ecclesiæ in qua qs aufugit pp pestẽ, vel occasione alterius fortuiti casus sed debetur canonica portio

ecclesiæ à qua d. decedens aufugit. Doct. com. c. his quæ de sepult. Calder. consi. 3. de sepult. rip. tract. de peste. nu. 198. Decimo tertio ampl. colono non imputat si ali quo fortuito casu di scedit a colonia gl. & Bar. cō. l. si ī lege. §. si domus. ff. loc. l. itē §. exercitu. ff. loc. iuxta illud eu fuge crudeles terras quē refert. Rip. d. loco. nu. 17. Decimo quarto casus validat cōtractū alias nullū pp omissam solēnitatē a statuto requisi-
14 tam. Ang. §. qui aūt auth. de nō alienād. Doct. l. fin. C. de testa. Bal. l. ad egregias. ff. de iure iur. Felin. c. proposuisti. c. causam. de probat. Doct. cō. l. 1. §. fi. ff. de verb. ob. Decimo quinto ampl.
15 quidā promisit seruare clusā ad omne suū periculū euenit diluuiū promissor nō tenet quia talis fortuitus casus excusat. Bald. cōs. 119 vol. 1. in terminis. Decimo sexto ampl. vt cōductori non imputatur fortuitus casus sed fit pro rata remissio mercedis dummodo ex casu causetur notabile damnū ita Alex. consi. 107. nu. 18.
16 vol. 3. Bal. cōs. 329. n. 1. vol. 1. Rol. cōs. 95. n. 19. vol. 2. Salyc l. si merces. num. 53. ff. loc. Portius. cons. 143. Boss. tit. de remiss. merced. nu. 18. & seq. Redoan. tract. de reb. eccl. non alien. tit. de remis. merc. nume 6. & seq. decimo septimo si quis debuerit speciem aliquam alicui quæ aliquo casu perierit non imputatur ei sed liberatur. l. cum speciem. C. de action. empt. Aret. §. creditor. nume. 2. instit. quibus mod. re contr. oblig. Ang. l. item. nume. 2. ff. const. Pec. l. mater. nume. 7. C. de rescind. vend. Bald. cōsi. 145.
nu. 3.

num.3.vol.3. Angel.l.si seruum, nu. 2. ff. de verbo.obligat. Imola. l.in his num. 2. ff. solu.mat.l. nemo.num. 2 ff. de verb.obligat. hoc tamen fallit si esset debitor generis. not. Doct. commod. l. quod te. ff. si cert. pet. Decimo octauo ampl.
18 † donatio omnium bonorum facta per patré filio reseruata legiptima si postea pereat fortuito casu reuocatur donatio. Angel. auth. de Inmens.don.col 4.col. 7. Are cósi.54. Abb.cósi. 18.vol.1. Decimo nono si præceptor scholę códuxerit domum pro schola quam alteri locauit ad alium vsum si comburatur casu conductor non tenetur. Bald.consi.441. volum. 1. Item si
19 domus comburatur ex combustione vicini damnum inferatur non tenebitur, quia si casu cõtingeret afflictio adderet' afflicto ita Bal. cós. 442 vol 3. Idẽ ẽ si domus domui dãnũ ĩtulerit propter ruinam. Corn.consi.282.volum.4. Vi
20 gesimo ampliatur, si res vendita perijt fortuito casu non imputatur venditori, sed emptoris est periculum. Doct.com. §, cum autem inst. de empt.& vend Alexand.consi.107. nu. 3. Ang. l.cum inter.num.1, C.de peric.& con.rei vend. Fulgos.l.emptor.num.5.ff. de euict. Corn consil. 38.vol. 2, & in hoc distinguitur. aut est perfecta vẽditio aut imperfecta, vẽditione pfecta & secuta traditione periculum est emptoris, quia interitus rei pertinet ad dominum. Abb. c.1. de commod. Alex.l. rogasti.num.1.ff. si cert. pet. Bald.consi.214.vol.1.consi.393. volum.4. num. Salyc. l. quod sæpe, nume. 4. ff. de contr.

empt.l.necessaria.nume. 1. ff.de peric.& com. rei vendit. Lambert.tract. de iure patr. libr. 3. Aret.14.q.3.num.4. Rol.consi.35.nu.3.vol.1. consi.45.nume.1.volum.3.Decis.perus.60. nume. 6. Vigesimo primo ampl. quod facit de e-
21 quo commodato,vel locato,vt si commodatarius vel conductor illum velit restituiere maxime cum interesse deteriorationis, & creditore recusante capere si conductor eum dimittat coram Domo domini qui fugiat, vel surripiatur, vel si ponat super hospitio & moriatur,aliquo casu non imputatur ei sed domino l.qui sibi §.1.ff.de solut. Brun. in tract. de Dimin. con-
22 clu.20.versi.facit. Abb.c. 1. commod. Vigesimo secundo emphiteota non tenetur de fortuito casu. Ang.l.1.nu.4. C.de iure emph. Faber. §.adeo.nu.5.inst.loc. Port.consi 143. Iul. clar. §.emphiteosis.q.8. Vigesimo tertio Furioso nõ imputatur quicquid egerit quia illius actus dicitur fortuito casu factus.§. furiosus instit. de
23 inutil.stipul.not.l.si cum dotem.§. quid enim. ff.solu.mat.vbi non dissoluitur matrimonium ob furorem superuenientem. Vigesimo quar-
24 to Ampl.vt si furtum factum rei non imputatur ei cui commissa erat. maxime quando fuerat factum à persona cui confidendum erat, vt in coniuncto,vel famulo not.cap.1.de commo. l.imperator.ff.loc.Angel.l.item nume. 7.ff.de const. Pec. l. in rebus. ff. commod. Vigesimo
25 quinto ampl. vt fideiussor non tenetur de fortuito casu ita. Bald.consi.119. nu.9.vol.2. Dec.

conſ.7.nu.2, Imola l.amisſiones nu.2.ff. de fideiuſſor.l.exceptione nu. 1.ff.eod.ti. Vigeſimo
26 ſexto † ampl. vt geſtor non teneatur de caſu niſi præcedat culpa l.debitor.ff.de neg.geſt.vel niſi expreſſe ſpecialariter ſe obligauerit. l.negociorum C.de neg.geſt.l.ſi negocia ff.eod.vigeſimoſeptimo ampl. in conductore gabellarum qui ſi fortuito caſu ſuerit impeditus non imputatur ei ſed fiet remiſsio iuxta damnum paſ-
27 ſum Ferret. † in tract. degabell. nu.299. Cor. in conſ.128. vol.2. in termini Abb. c.1.nu.18. de commod. ver. maiore vbi abſentes Rip. d. tract.de peſte p.i.nu.13.& nu.73 cum ſeq. Vige
28 ſimooctauo † ampl.vt homicidium caſuale nō imputatur ei qui illud perpetrauit ſi ipſe operā dabat rei licitæ Clem. 1. de homicidio vol.& in
29 vol. Vigeſimonono ampl.vt habeatur pro facto illud quod caſu impeditur gl.l.turpia.§.ſed & ſi ff.de leg.l.ver.per te l.fin. C.de con.inſert Trigeſimo amp. vt bonæ fidei poſſeſſori nō im
30 putetur caſus cōtingens rei hęreditariæ † Ang. leg. item. ff de petit. hæred. Trigeſimoprimo ampl.vt impedito vti frui propter caſum fortui
31 tum datur repetitio pro rata temporis † Rom. conſ.432.not.l.ſi vno ff. loc.l.excepto.C.eod.l. domum.ff.de contra.empt.Rip.tract. de peſte. p.1. nu. 20. Trigeſimoſecundo ampl. vt hæres
32 conficiens inuentarium ſi hæreditas caſu perierit non tenebitur. Bart.l.in diem.§.diligenter ff ad l.Falcid.Franciſcus tract. de inuentario. quæſt. 7. capi.4. num. 4. Trigeſimotertio

amp.

ampl. vt ille qui ex portauit aliquid ex aliquo loco ad alium non teneatur si casu fortuito perierit Ita Port. cons. 129. in termin. Trigesimo
33 quarto † ampl. vt si mors contingat fortuito casu alicui non imputatur medico not. c. ad aures de æta. & qua. gl. 1. c. de occidendis 23. q. 5.
35 Trigesimoquinto † mandatarius excusatur fortuitu casu Bald. l. præses num. 1. C. de appellat. potest tamen ipse in se suscipere illum ex pacto. l. & Aristoni ff. mand. Cor. cons. 157. vol. 2.
36 Trigesimosexto ampl. vt casus veniens in personam nuncij excuset dominum ab omni negligentia Ang l. præses num. 1. C. de appellat. sicuti nec etiam negociorum gest. tenerur An. l. negocium num. 1. C. de nego. gest. l. si pupilli cum glos. 4. & l. si negocia ff. eod. Trigesimo se-
37 ptimo † ampl. vt nauta non teneatur de fortuito casu Corn. cons. 277. vol. 1. Angel. l. in eos nu. 1. ff. fur. adu. naufr. l. eum qui. §. si epistola num. 5. de furt. Rip. tract. de peste nu. 114.
38 p. 1. Trigesimo octauo ampl. in locatore operarum qui forruito casu excusatur Bart. l. opus num. 3. ff. loc. Zabar c. 90. de commod. Trige-
39 simonono ampl. in pignore quod si perierit aliquo fortuito casu non imputatur not. l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. l. admissi.
40 ff. de fideiussor. Quadragesimo ampl. ut puniri non debeat casu fortuito eueniens Angel. l. frarer. numer. 3. Cod. ad legem Cornel. de sycar. Quadragesimo primo amplia ut casus superueniens excuset etiam a culpa

præcedenti.not.l.ſin.autem.§.homo vbi Bart. ff. de rei vendi.l.ſi vehenda.§. ſi eadem. ff ad l. Rohod.de iactu. Bart.l.ſi prius.ff.loc.l.ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. commod. Flor. l. ſcientiam.§.lege.ff.ad l. Aquil.Cyn.l. ad comparandas.C.mand.l.2.§.quod diximus.ff.ſi quis cau-
41 tion. Quadrageſimo ſecundo † paſtor excuſatur ſi caſu aliquo animalia perierint. not. l. ſi quis fundum.§.imperator.ff loc Bald.l.1.C. de fruct.& lit.expenſ.fatale enim damnum nõ eſt imputandum paſtori. Ripa.tract.de Peſte. p.1. num.1.67. Quadrageſimo tertio ampl.vt caſus
43 fortuitus impediat curſum præſcriptionis & ſic excuſat a negligentia c.prima actio.16.q.3. c.ex tranſmiſſa de præſcript. Bart.l.generaliter col.fin.ff de vſucap.Ang.l.cum notiſsimi.§.Immo.C.de præſcrip. triginta vel quadraginta annorum. Alex.conſi.81. vol. 5. vnde non currit tempus patronis ad præſentãdum ſi fuerint aliquo fortuito caſu impediti. Ripa d.loco nume.
44 152.quadrageſimo quarto amp.vt nemini imputetur fortuitus caſus ex ſocijs ſed damnum contingens ex illo eſt commune. Alex. conſi. 131.nu.5.vol.5.Bald. tract. de duob. fratribus. p.8.nu.16.Bald.conſi.493.num.5.vol.4: cõſi. 359.nu.2.vol.4.conſi.61.n. 1.vol.3. Ber. conſ. 190.num.2.vol.1. Dec.conſi.697.nu.19.Salyc. l.ſocium.nu.1.ff.pro ſocio.l. cum duobus. nume.3.ff.eod.vbi Alber.num.4. Quadrageſimo
45 quinto ampl. vt ſtatutum diſponẽs de damno dato nõ comprehendat fortuitum caſum. Bal.

conſi.

consi.174.vol.2:num.1.Fulgos.l. nemo. nu. 2. ff.de acquir. poss. & not.quod regulariter fortuitus casus pertinet ad dominum rei Iason. l. si quis nec causam.nu.26.ff.si cert.peta.Corn. consi.318.nu.1.vol.1.Fallit hæc regula tribus, in casib. Primo qñ culpa præcedit & ipsa or-
46 dinata ad casum alias secus Bero.consi.139.nume.37.vol.3.Corn.consi.69.nu.37.vol.1.Rui. consi.136. nu.4.vol.5.Sozi.sen.consi.70.nu.3. vol.3.Paris.consi. 37.num.10.vol.1. Corneus. consi.273.vol.1.Crau.consi.64.nu.5.Doct.l.2. C.de prec.imper.offer.l.2. ff.sol.matr. Ange.l. in his nu.1.ff.sol.mat.Paul.l.si vt certo.§.nunc nu.8. ff. commod.exemplum commodaui tibi equum vsque ad Bononiam duxisti Mediolanum & post Bononiæ transitum incidisti in latrones qui illum rapuerunt eo casu conductor
47 qui fuit in culpa tenebitur:secundo fallit cum mora precessit,& res facta fuit deterior, aut perijt aliter quam periisset, apud commdantem. Ang.l.si insula nume.15.ff.solu.mat. Fulgos.l. opus.n.3.ff.locati. Salyc.l.cũ quidã nu.3. C.de cond.insert. Alber.l si decesserit.nu.2.ff.qui satisd. cog. Tertio & vltimo fallit quando præcesit pactũ quod quamuis casu fortuito amit-
48 teretur ei qui recipit pereat & hoc cum in specie recipitur fortuitus casus quo casu veniunt tantum casus fortuiti soliti non autem insoliti not.l.si quis fundũ.ff.loc.dixi super late in proxima præcedenti quæstione;ratio huius primi dicti est quia casus fortuitus non potest præui-

deri hominum consilio & per consequens non est voluntarium ideo imputari non potest alioquin adderetur afflictio afflicto per ea quæ dicit Petrus deubaldis in trac. de duob. fratribus par. 8. q. 18. nu. 19. & dicam latius in sequenti quæstione.

SVMMARIA.
In XVII. & vltima quæst. Primæ partis.

1 *Afflictio non est addenda afflicto*
2 *Furiosus delinquens non punitur.*
3 *Ignorat furiosus quicquid agit*
4 *Ira metus damnum inferens non condemnatur.*
5 *Ebrius quomodo excusetur.*
6 *Dormiens æquiparatur mortuo*
7 *Dormiens excusatur si dormiendo delinquit*
8 *Puerilis ætas excusatur*
9 *Senex excusatur.*
10 *Fœmina mitius punitur propter fragilitatem sexus.*
11 *Delictum casu commissum non punitur.*
12 *Pauper mitius multatur. quam diues*
13 *Necessitate vrgente delinquens non punitur.*
14 *Mœtus excusat & quomodo*
15 *Carceratus diu mitius punitur.*
16 *Carcer dicitur mansio mala*
17 *Insultatus si aliquem offenderit non punitur.*

18 *Infir-*

18 *Infirmitas excusat a multis ne addatur afflictio afflicto*

19 *Vniuersitas depopulata excusatur. a decimis soluendis*

20 *Grauatus in uno iu altero est releuandus*

21 *Absentia quando excuset & quotuplex sit absentia*

22 *Isidiarum timor an excuset a comparitione*

23 *Contumacia* Procuratoris *in quibus noceat domino*

24 *Fideiussori non nocet contumacia Principalis*

25 *Syndici contumacia an noceat communitati*

26 *Tutoris contumacia non nocet pupillo*

27 *Vsufructuarij contumacia an noceat domino*

28 *Notarij contumacia, & testis an noceat parti producenti.*

29 *Res inter alios acta alteri nocere non debet.*

Quęst. XVII. & ultima Primæ partis.

DECIMO septimo quæro quomodo procedat dictum quod afflictio nō est addenda afflicto, quę regula probatur. c. cum percussio 7. q. 1. glo. fin. l. si seruus. ff. de euict. not. l. diuus. ff de offi præsid. dixi ego in tract. Mors omnia soluit pag 1. nu. 124. Maxime quando secunda afflictio causatur a prima

Ang.l eum qui nu.2.ff. de iure iur. Alias secus secundo fallit quando adesset culpa. glo. fin.l. si seruus.ff. de euict.conc.cum hac reg. Ant.ca. ex parte.nu.2.de cleric.egr. Ber.consi. 170. nu. 14.vol. 1. Ias.l. qui Romæ. §.Callimacus ff.de verb.oblig. Sal.l.nauis.nu.2.ff.ad l. Rohod. de iactu specul tit.de feud.lib.4.§.2.nu.17.Angel. de Perus.in tra consi.crim.consi.33.nume.25. vol.1.Rimin.consi 18.num.151.Rol.consi 66. nu.51.vol 1. Consi.87.num.27.vol. 2. Alber.l. diuus.nu 2.ff.de offic.præs. Fulgos. l. si seruus. §.vnde nu.1.ff.de Euiction.Sozin.consi.74.nu. 8.vol.i.l.tam dementis.C.de Episcopali audientia ex hac reg.infertur ad plura Primo qđ si
2 aliquid gestum fuerit dolore aliquo excusabitur l. Gracchus.C.de adulter. Abb. c.si vero in 5 not.de sent.excom.gl.c.inter. 33. q.2. Difficillimum enim est doloris affectui imperare, secundo infertur quod si furiosus aliquod delictum perpetrauerit non punietur, quando delinquens tempore comissi criminis erat furio-
3 sus not.l. in fans. ff ad l. Corn. de sica. Plaza lib.1.delict c.29 n 1. Ignorat. n. furiosus quicquid facit.c.indicat.3.q.9.clem. 1. de homicid. & perinde est quod factum est à furioso ac si casu aliquo sine facto personæ id accidisset l. fin. ff.de adm.tutor.l.sed & si § 1 ff.ad l. Aquil.§.furiosus inst.de inut.stipu.l.furiosi.ff.de re.iur.§. prætera inst.quib.non est permissum facere testamẽtum si vero tẽpore delicti erat sanæ mentis & postea effectus fuit furiosus tunc non po

terit

terit puniri etiam de his quæ fecit ante furoré. Iason.l.ex facto.nu.30. ff. de vulg l.si seruum. nu.7.ff.si ex nox.causa agatur.Ripa.l.fin.num. 229.C.de reuoc.don. Gomes.§.item si nu.6.in sti.de action. Marf.l.1.n.58.ff.de sicar. Gagnol. l.in negocijs.nu.3.ff.de reg.iur.punitur tamen pœna extraordinaria quando insania esset procurata,ita Iul.clar.in praxi crim.§.fi. quæst 60. nu. 7. quod si delinquens perseuerauerit sanæ mentis vsque ad sententiam inclusiue deinde post condemnationem effectus sit furiosus nõ poterit puniri pœna corporali,sed bene quo ad condemnationem bonorum idem. Clarus di-
4 cto loco.nu.8. Tertio infertur quod si quis iuxta causa commotus aliquod damnum dederit excusatur aliqua parte sed nõ in totum quod si non prouenit ex iusta causa tũc nullo pacto excusat.Ias.l.si duo.§.si qs.ff.de iu.iu. Abb.c.2.de maled.afflict.sup 3.cõs.reg.Rub.54.n.5.Quarto infertur, quod si quis fuerit factus ebrius se
5 inscio, vt quia socij salem in vinum coniecissent excusaret a dolo & a culpa secus si id accidisset sua culpa Iul.clar.dicto loco num.12.Tiraq.tract.de pęn.temper.aut remit causa 6.nu. 8. Quinto infertur, quod dormiens excusabitur si dormiendo deliquerit nec solitus erat an
6 tea hæc facere Plaza.c.1 delect.ca. 31. nume.3. Iul.clar.dicto loco nu.13 not.l.1.§.adipiscimur. ff.de acq.possess. Clem. vnica de homicid.c. maiores §. sed & ad huc de Bapt.Doct.d.§. adipiscimur.Flor. l. sed & si §.iniuri. ff. ad l Aquil.

dor-

7 dormiens enim mortuo æquiparatur † nihil e-
nim est aliud mors . quam longus somnus dixi
ego in tract. Mors omnia soluit p.1.nu.101.sex-
to infertur quod puer mitius est puniendus ob
8 puerilem ætatem l.auxilium.§.in delictis. ff. de
minor. l.1. §. impubes ff. ad syllan not.c.1. &
seq. de delict. puer.idem est si deliquerit ob in-
grauescentem ætatem.l.si quis graui. §. ignosci
tur.ff.ad syllan.l.2.ff. de term.mot.c tanta 1.q.
7.c.tempora 26 q 7. gl.c. pœnitentes 50. dist.
Rom.l.si vero.§.de viro.ff.sol.matr & per ean-
dem rationem fęmina mitius est punienda pro
10 pter fragilitatem sexus. l.sacrilegij. ff. ad l.Iul.
pecul. l. adulterium.§.incertum. ff. ad l.Iul. de
adult.c indignantur 32.q 6. sicuti ille qui igno
ranter deliquit gl.c.qui secundum 23. q. 4. c. si
quis dederit 24. q.1. vt rusticus Tiraq. tract. de
pen. temper. aut min. causa 11. num.16 septi-
11 mo † infertur. quod si delictum casu fortuito
perpetratum fuerit excusatur l.1.§. diuus. ff.ad
l.Cornel.de sycarij l.absentem.§. fin. ff de pœ-
nis.l.si edes.l.si fortuito. ff. de incend.ruina &
naufrag.l.vlt.ff.de decre.ab ord.Fac.Octauo in
12 fertur † quod cum de multa tractatur mitius
agitur.cum paupere quam cum diuite. l.illici-
tas.§.finali.ff.de offic.præs.not.l.eos. C. de mo
do mult.gl.l.in multis.C.de appellat. & hoc in
tellige vt minuatur multa non autem pęna prę
sertim quando pœna imposita fuit Abb. c.nisi
de ofoc.leg.doct.com.l.quid ergo.§.pęna ff. de
13 his qui not. infamia, Nono † infertur. quod si
quis

quis necessitate famis deliquerit non punietur per hanc regulam l. palam. §. non est. ff. de ritu nupt. c. quoniam de simonia c. si quis propter de furtis c. sicut de consecr. dist. 1. gl. l. 1 ff. de of fic. cõsul. l. item. ff. com. diuid. l. generalia §. spurius. ff. de decur. doct. com. c. querelam ff. de iureiur. Arch c. pauper. 11. q. 3. c. statutum. §. insuper. de rescr. 6. Feli. c. cum accessissent de constit. Iason. l. admonendi lect. 2. nu. 214. ff de iure iur. dec. l. quæ propter. ff. de reg. iur. Tiraque tract. de retr. tit. 1. §. 26. gl. 1. nu. 16. decimo in-
14 fertur. † quod coactus seu inuitus per mœtum aliquid facere excusatur. dec. c. sacris de his quę vi met. causa fiunt. c. presbiteros 50. dist. glo. c. In primis ver. metu. 2. q. 1. c. fin. 11. q. 1. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l Aquil. lin l. 1. C. vnde ui quando quis maxime absolute seu præcise coactæ deliquerit quo casu potius pati quã agere dicitur. & per istam reg. non est puniendus gl. c. cõst. 1. q. 1. not. l. 1. §. remouet. ff. de postul. l. uim passam. ff. de adult. l. fœdissimam C.
15 eod. Arch. c. qui bona 17. q. 1. Vndecimo † infertur quod si quis diutius incarcere fuerit detentus mitius est puniẽdus quam si carceri mãcipatus non esset quia afflictio nõ est addenda afflicto vnde tempus carceris computatur in tẽpore exilij l. omnes. C. de pęn. platea l. si quis C. de comeat satis enim afflictus fuit carcere qui mala dr̃ mansio not. l. itẽ apud §. q̃onis. ff. de iniur. & carcer. dicit̃ genus seruitutis. l. vitio §. 2. ff. de cond. & dem. l. 2. ff. de libe. hom. exib.

not.

not. Marſ. l. accuſatio. ff. de falſ. Duodecimo infertur, quod ſi quis deliquerit offendēdo ali
17 quem ex eo quia fuerit inſultatus non punitur quia vim ve repellere licitum eſt vt dixi ſuperius late. no. l. vt vim. ff. de iuſt. & iure ſicut. vulnerās aliquē lethaliter quē alter poſtea occidit nō ea quidē pœna plecti debet qua plecteret̃ ſi vulneratus ex ſuo vulnere occubuiſſet. l. itē §. celſus. ff. ad l. Aquil. Decimo Tertio infert̃ qđ
18 infirmitas excuſat a multis ne addat̃ afflictio afflicto. not. l. ſi quis in graui. ff. ad Syll. vnde clericus egrotus excuſatur à reſidentia eique dantur fructus beneficij ſui not. c. 1. de clerico ægroto quod ſi fuerit leproſus dādus erit ei coadiutor. c. 3. eod. tit. & c. ſeq. not. l. libertus. ff. de oper. liber. Decimo quarto infertur quod com-
19 munitas quæ tenetur ſoluere collectas non tenebitur ſi fuerit de populata Cephal. conſ. 217. nu. 12. idem dicimus de ſterilitate & de ſimilibus de quibus latius dicetur inferius ratio eſt quia grauatus in uno in altero eſt releuandus.
20 l. iure. ff. de iure Doct. non enim debet quis duplici honere grauari. l. eū qui de iu. iur. nec imputari debet ei per quem non ſtat ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum. c. imputari. c. cum non ſtat de regu. iur. 6. vbi Din. ita diſtinguenda dicit ſi impedior ad implendum modum pro impleto habetur. l. ſi fundum. §. Iulianus. ff. de leg. 1. idem eſt in conditione implenda quæ ſi per caſum impediatur, quo minus adimpleatur pro impleta habetur. l. quæ ſub conditione

ditione.l.quoties.ff.de cōd.insti. Decimo quin to etiam absentia excusat quando est necessa-
21 ria & probabilis, & absens ex causa reipublicæ contra quem iudex procedere non debet secus si esset absentia necessaria tantum, vt quando esset bannitus tunc enim sibi imputet quia sua culpa abest, si vero erit absens ex causa voluntaria probabilis, vt ex causa studiorum, mercaturæ, vel peregrinationis tunc asignandus est ei terminus competens ad comparendum quo elapso poterit procedere ad vlteriora, nec sufficit allegare absentia, nisi probetur ita Iul. Clar.in praxi Crimi. §. fi. q. 34. nu. 4. Decimo
22 sexto timor insidiarum excusat a comparitione etiam in criminalibus & etiam sub saluo conducto. Sal.l reos. nu. 10. C. de accusat. Boss. tit. de citat.num.37. Iul.Clar.d.loco.num.6. Decimo septimo quis excusatur etiā ob factum ter-
23 tij quod alteri nocere non debet quòd casui fortuito comparatur & adscribitur not. quamuis de sent.excom.re iud.vnde contumacia procuratoris non nocet domino nisi dominus sciebat. Bar.l.1. §.si procurator.ff.si quis ius dic. nō obe.nocet tamen in his, quæ pertinent ad processum non autem quo ad mulctam imponendam. Bart.l.eum qui C.de procu.secundo sindici contumacia non nocet vniuersitati. Bar. l.
24 prima C.de iure reip. libr.11. l.fin. ff.de resti. in integr.tertio contumacia gestoris non nocet. Domino Bart..l.3. C.de procur.l. 1.C.si per vim vel alio modo. Quarto contumacia prin-

cipalis

cipalis non nocet fideiussori cum. consil. 33.
26 col. 2. quinto † contumacia tutoris non nocet
pupillo in secundo decreto not. l. contumacia
ff. de re iudic similiter sexto loco contumacia
vsufructuarij non nocet domino in secundo
27 decreto † not. l. hoc amplius. §. quæsitum ff. de
damno infecto Alex. l. eum C. de proc. septimo
contumacia socij non nocet socio flor. l. si
de comuni. ff. si seru. vendic. octauo contuma-
28 cia † testis uel notarij non nocet producenti
Bald. l. fin. C. de fide inser. nono & ultimo regula
est quod factũ unius non debet alteri nocere
l. non debet. ff. de reg. iur. dixi ego late in
tract. de reg. iur. pag. 1. reg. 8.

SEBASTIANI MED.
TRACTATVS DE FORTVITIS CASIBVS
PARS SECVNDA.

SVMMARIA.
In I. Quæst. Secundæ Partis.

1 *Bellum dicitur fortuitus casus.*
2 *Emphyteuta excusatur si propter bellū non soluit.*
3 *Conductor excusatur & fit ei remißio pensionis si causa belli fructus non percepit.*
4 *Immunitas concessa non habet locum tempore belli.*
5 *Clerici tempore belli tenentur ad onera.*
6 *Nobiles qui alias excusarentur tempore belli non sunt immunes.*
7 *Immunitas omnis tempore necessitatis tollitur.*
8 *Remissio mercedis fit propter bellum.*
9 *Fidelium authoritatem licitum est implorare in bello iusto.*
10 *Clerici necessitate instante interesse possunt bello iusto.*
11 *Comparere impeditus propter bellum si protestatus fuerit excusabitur.*
12 *Præstatio aliqua si debetur alicui non debetur tempore belli.*
13 *Præcium remittitur rei uenditæ ob damnum ei illatum occcasione belli.*

14 Timo-

14 *Timore belli idem indicatur quod de ipso bello.*
15 *Timor belli est peior ipso bello.*
16 *Confessio facta metu tormentorum equipollet confessioni factæ in tormentis.*
17 *Tempore belli dicitur factũ quod Paulo ante uel post bellum fuctum erit.*
18 *Causa belli cessante cessat dispositio eius.*
19 *Culpa alicuius si bellum inferatur sibi imputetur.*
20 *Custediam castri suscipiens tempore belli, an teneatur.*
21 *Commodans equum vel arma causa bellandi sibi imputetur si amittat.*
22 *Casus belli non irritat debitum antea contractum.*
23 *Factum legiptime irritari non debet si casus veniat a quo inchoari non potuit.*
24 *Homicidium casu comissum non imputatur & sequen. late.*
25 *Lapidem Iaciens si casu quem percutiat non punitur.*
26 *Fœmina flagellans ancillam non tenetur si casu pereat.*
27 *Ludens si interficiat aliquem non punitur.*
28 *Arborem incidens si percutiat aliquem non punitur.*
29 *Clericus si ludendo aliquem interficiat non est irregul.*
30 *Equum ascendens si frenis ruptis aliquem interficiat non punitur.*
31 *Monachus pulsando campanam si aliquem interfece-*

fecerit non punitur.

32 *Cadens tintinnabulum è campana si aliquē percutiat sonans non punitur.*

33 *Torncamento si quis interfuit non animo ludendi & aliquem occiderit non punitur.*

34 *Si in colluctatione quis aliquem occiderit non punitur.*

35 *Stans aliquis in naui si casu quem interficiat non punitur.*

36 *Medico non imputatur si eger casu moriatur.*

37 *Infans si quem occiderit non punitur.*

38 *Dormiens si quem percusserit non debet puniri.*

39 *Interficiens aliquem per errorem non debet puniri.*

40 *Iudex si occiderit per errorem vnum pro alio non per hoc nocens debet puniri.*

41 *Ignoranter si quem occiderit non est puniendus.*

42 *Iacens lapidem vel niuem si quem interfecerit non delinquit.*

43 *Occidens aliquem casu in ecclesia gaudet immunitate ecclesiæ.*

44 *Interficiens aliquem casu non punitur etiam in foro pœnitentiæ.*

45 *Fabricator si dum saxa vheit occidat aliquem non punitur.*

46 *Allegans interfecisse aliquem casu illud probare debet.*

47 *Homicidium commissum in personam amici, uel affinis præsumitur casuale.*

48 *Homicidium casuale quid sit.*

49 *Distinctio de homicidio volūtario & in volūtario.*

P Homi-

50 *Homicidium absque dolo commissum arbitrio iudicis punitur.*

51 *Bellum ad hoc vt dicatur iustum quicquid requiritur.*

Quæst. I. Secundæ partis.

SVPERIORI libro dictum est in genere circa cognitionem casuum fortuitorum, modo sequitur: videri in hac secunda parte, in specie nō nullos casus spectātes ad declarationem huius tractatus verū,
1 quia inter cæteros bellum dicit, † ex illis Ber. consi. 130. nume. 6. volum. primo. Soccin. consil. 123. vol 4. Alba. consi 1. Crau. consi. 6 nume. 99. Curt. Iun. consi. 8; num. 3. vol. 2. Port. consi. 143. Rim. cons. 5. num. 128. Egid. Boss. in tract. de remis. merc. nume. 1. & nu. 93. Neuiz. cons. 91. nu. 5. l. in rebus. ff. commod. Corn. cōl. 12. nu. 4. vol. 1. ex quo dicto infertur ad multa
2 & primo † si emphyteuta soluit pensionem in recompensationem fructuum, nō autem in recognitionem directi dominij damnum quod infertur, rei empht. propter bellum spectat ad dominum & remissio mercedis pro rata damni fieri debet. Ita Aug. Ber. consi. 130. vol. 1. nume. 8. & seq. Bal. l. 1. nu. 13. C. de iure emphyt. Rim. consi. 49. num. 33. vbi dicit hanc esse cōmunem Bart. post Fac. de Aren. l. 1. in fine. C. de iure

de iure emph. Abb. c. potuit. nume. 18. vbi Imola. num. 42. de loc. Corn. consi. 181. vol. 2. Iason. consi. 54. num. 2. vol. 1. Secundo ampl. hoc idē
3 esse in alio conductore. Rim. d. consi. 49. num. 2. Cephal. consi. 25/. num. 17. Egid. Boss. de tit. de remiss. merc. nu. 93. Bar. Soccin. consi. 123. vol. 4. nu. 11. in term. Neuiz. consi. 91. n. 5. Cur. Iun. consi. 85. nu. 3. vol. 2 Port. consi. 143. num. 8. Corn. consi. 152. vol. 4. in termin. Natta. cons. 690. vol. 3. Cur. iun. consi. 40. num. 3. volum. 1. Tertio infertur, qđ si q̄ alicui fuerit cōcessa immunitas generalis ab honeribus tenebitur, ta-
4 men ad honera quæ imponunť propter casum belli innopinatū Alba. cons. 1. n. 5. & seq. ad q̄
5 honera tenenť, ét clerici Bar. l. nullus. C. de cur su. publ. lib. 12. Anch. cōs. 96. Barb. cons. 1. vol. 3. Rip. lib. 2. resp. c. 20. secundum com. opin. de qua per eund. Alb. d. consil. 1. num. 9. Cephal. consi. 58. num. 44. item & nobiles tenentur, ad
6 collectas tempore belli ad quas regulariter nō tenentur, & hoc dummodo immineat necessitas & nobiles vassalli essent diuites secus vero si magnum periculum seu necessitas non immineret Anan. consi. 7. col. 3. Iacob. in summa feud. titu. quomm. negli. feud. perd. §. Item quæritur. Iason. l. si ex toto. ff. de legat. primo vbi Doct. comm. not. l. 1. c. nem. lic. se in emph. per excusat. li. 10. tollitur. n. omnis immunitas
7 vbi necessitas vrget. Spec. tit. de cēsib. §. nūc dicendū. Bal. l. iubemus. C. de sacr. san. eccl. Ant. cap. peruenit. de immun. ecclesi. Tiraq. tracta.

de nobil.capi. 20. nume 169. Quarto infertur quod propter Bellũ fit remiſsio mercedis quæ ſolui debet cauſa gabellæ conductæ ita in termin Ferrett. tract. de gabell. & public. nu. 299. Quinto infertur, quod neceſsitate vrgen te in
9 bello iuſto licitum eſt implorare auxilium infidelium ita intermin. Oldra. conſi. 71. num. 1. & ſeq. Iul. Ferrett. tract. de iuſto & iniuſto bello. num. 115. Sexto infertur quod etiam clericis licitum eſt intereſſe bello iuſto neceſsitate vrgente & excuſantur ita. Bald. in termin. conſi.
10 439. vol. 5. Didac. clem. ſi furioſus §. tertio ſecundæ relect. num. 2. Septimo infertur, quod
11 comparere impeditus propter bellum ſi proteſtatus fuerit excuſabitur. Afflict. deciſ. 50. nu.
12 4. Octauo † infertur, quod ſi aliqua præſtatio debeatur alicui excuſatur ipſe ſi tempore belli illam non præſtiterit. Abb. ca. commiſſum. nu. 6. de elect. Nono infertur quod cauſa belli fit regulariter non ſolum remiſsio mercedis, ſed etiam precij rei venditę, quod declaratur, vt
13 per Boer. deciſ. 249. in termin. Marſ. in praxi crim. §. expedita. num. 5. Are. §. adeo inſtit loc. Innoc. c. potuit. num. 42. loc. Cepha. conſi. 104. num. 10. Decimo & vltimo infertur idem iudicari de timore belli, quod de ipſo bello. Cagn. l. vani timoris. ff. de reg iur. not. l. 2. l. interpoſitas. C. de tranſact. Ripa tract. de peſte. num. 12. p. 1. vnde non ſolum propter bellum fit remiſſio mercedis, ſed etiam timore belli. Anch. cóſ.
14 88. Marſ. in praxi crimin. §. expedita. nume. 5.

Boer.

Boer. decis. 27. & decis. 249. num. 5. est enim ti-
15 mor Belli peior ipso bello. Bald. c. 1. de pace te-
nen. Paul. l. habitatores. §. primo. ff. loc. not l. di
uortio. ff. sol. mat. Signor. consi. 187. Plot. tract.
de in litem. Iur. §. 4. sicuti in simile confessio
16 facta in tormentis & metu tormentorum æqui
pollet. Dixi ego in tract. de reg. iur. reg. 3. num.
16. Rol. consi 17. volum. 3. quia tempore bel-
li dicitur, quod paulo ante vel post bellum
actum fuerit. Alex. consi. 162. nu. 6. vol. 6. Nat
17 ta. consi. 50. num. 17. vol. 1. cons. 610. nu. 11. vol.
3. Tiraq. de retr. conuent. § 1. gl. 5. nu. 6. Doct.
comm. l. diuortio. ff. sol. matr. fallit hoc dictum
principale quo habetur, quod bellum excusat.
18 quando ipsum bellum cessauit, quia eo cessan-
te omnis effectus cessare dicitur. Bald. §. priui-
legia versi. cessentur tit. de pace constat. not. l.
1. C. de cad. toll. Barb. consi. 1. lib. 3. Tiraq. tract.
cessante causa ver. bello. nu. 44. Secundo fallit,
quando culpa eius qui se bello excusare voluit
19 Bellum motum fuit, quod poterat amouere,
vel eius in potestate fuit inire pacem, quia tali
casu non excusatur. ita Iul. Ferrett. tract. de ga-
bellis. nume. 300. versi. sed si locata. Tertio fal-
lit quando quis tempore belli accipit custo-
20 diam castri videtur suscipere in se casum for
tuitum etiam si per vim ei aufferatur, & hoc ex
natura eius, quod in se suscepit, quod custodiá
tempore belli suscepit. Paul. in rubr. C. com-
mod. nume. 6. Similiter è contra commodans
equum vel arma ad bellum si ibi amittantur

non competit actio ad ea repetenda not. l. si vt certo §. sed interdum. ff. commod. in hoc enim commodatarius non excessit fines contractus quia vsus est re ad eum vsum, ad quem res commodata est. res; ideo nulla culpa est Innoc. c. sicut. il 3. de iure iur. not. l. si quis domum. ff. loc.

22 Quarto & vltimo † declara, vt casus belli superueniens non irritat debitum ab initio legitime contractum. not. l. nec enim. ff. de itinere actuque priuato. l. sancimus. C. de adm. tutor. Bald. consil. 349. lib. tertio. legitime. enim fa-

23 ctum ab initio ex superuenienti casu irritari non debet. l. donationes. C. de Dona. inter uirum, & vxorem. Crau. consi. sexto. nume. 99. cap. factum legitime. de reg. iur. in 6. l. patre furioso. ff. his qui sant sui. l. his cui. ff. de testam. l. prima. §. sufficit. ff. de bono. possess. sec. tabul. non enim tollit factum quod impedit faciendum. l. in ambiguis. §. non est. nouum. ff. de regu. iur. l. si seruum. §. fin. ff. de acq. hæred.

24 Sed quęro an imputetur homicidium casu perpetratum resp. quod non ita probat testus. Cle. 1. de homic. vol. & inuol. Abb. c. Iohannes. nu. 1. de homici. latè declarat Didac. d. clem. 1. in 2. p. nu. 2. & seq. & in §. 1. & seq. quem vide ex hoc dicto infero ad plures practicabiles conclusiones, & primo clerico iaciente lapidem puer dicitur interemptus p̄ro amore dei in suo ordi

25 ne ipse pmanere permittitur. c. clerico. 50. dis. & hoc quando operam dabat rei licitæ expellendo Animalia de agro suo, conc. gl. d. cap. cle

rico.

rico.& c.de his ead.dist. secundo si qua fœmina zeli furore accensa ancillam suam flagellis verberauerit.ita vt intra certum diem animam cum cruciatu emittat mitior punitur.ca.si qua fœmina. 50. dist. Tertio quid cum ludendo facto calcis suum socium percussit adeo quod mortuus est nō debet puniri. cap.cum qui ead.
27 dist.dummodo fecerit ludi causa in causis ludi publici gl.d.c.cum qui,quarto infertur quidam cum traheret caballos de stabulo vxor sua inter illos fortuito casu collisa est,fecit abortū confracta,quæsitum fuit vtrum puniri deberet resp.fuit quod non ita not.c.quantum.50. dis.
28 Quinto infertur si quis arborem inciderit & cadens arborem hominem occiderit,inculpabilis est atque innoxius not.c.hi qui & c.seq.ead. dist.l.si putator.ff.ad l.Aquil.& hoc si in priuato loco quia nō potuit diuinare si vero in loco publico dēret clamare caue caue.c. si duo ead. dist. Sexto quidam clericus cum alio ludebat.
29 contingit quod illud proiecit ad terram cuius cultellus quem ad latus habebat incidit in eū, qui vulneratus occubuit quæsitum fuit an esset imputandum & respons. fuit quod non q̄n nulla præcessit culpa not.c.lator de homicidio Septimo q̄dā equū ascendit, qui cū bene non pareret habenis præter voluntatem sedentis,
30 cepit lasciuire ipse vt eius impetu † refrenaret, vim intulit freno & equum calcaribus stimulauit, & freno fracto dum curreret festinanter arbitrio, proprio quædam mulier infantem

portans veniens ex obliquo obuiauit equum in eam ruens puerum interfecit procul abiecto sessore quæsitum fuit an esset puniendus resp. fuit quod non quia casu contingit & ipse dabat operam rei licitæ. c. dilectus de homicidio.
31 Octauo † quidam Monachus dum deponeret de campanili cāpanam quoddam lignum currit & quēdam puerum occidit quæritur, quid iuris resp. quod si Monachus rem necessariam & vtilem agebat, & in loco per quem non credebat aliquem transire vel ibi esse non imputabitur ei not. c. ex literis. de homicid. Nono quidam sacerdos cū pulsaret campanam vt signo
32 dato conueniret populum fidelium ad diuinā cadēs tintinnabulum percussit quendam puerum coram eo qui cum vulnus esset mortale decessit fuit decisum quod dicto sacerdoti qui dabat operam rei licitæ nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos non præuidit. c. Ioannes de homicidio, Decimo quidam ad ædificationem ecclesiæ in adiutoriū à presbitero euocatus ruens, cum laqueari quod idem presbiter soluere nitebatur, hac occasione rebus humanis est exemptus, fuit animaduersum quod sacerdos ipse dabat operam licitæ rei studuit etiam, quam debuit diligentiam adhibere circūstantibus (quibus periculum imminebat) ita tempestiue & alta voce premonitis quod intelligere & fugere potuerunt, inquisitioni aliter fuit responsum, quod ob hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos (qui præuideri non

possunt

possunt) forsitan non præuidit vt non deberet quoad officium vel beneficium impediri not.
33 c.finali de Homicidio. Vndecimo † si quis ad torneamentum non animo ludendi, sed creditum percipiendi peruenisset, si fortuito casu ibi obierit corpus eius tradetur sepulturæ c. fi. de torneamẽtis. Duodecimo infantes qui mortui reperiuntur cum patre, & matre, & non apparet, vtrum à patre vel à matre oppressi sint, ipsi vel suffocati, vel propria morte defuncti non debent inde securi esse parentes, nec etiã sine pœna, sed tamen cõsideratio debet esse pietatis vbi non voluntas sed euentus mortis causa fuerit c.finali de his qui filios occiderunt. Decimo tertio si furiosus, aut infans seu dormiẽs hominem mutilet, vel occidat nullam ex hoc irregularitatem incurrit & item de illo cẽsemus qui mortem aliter vitare non valens suũ occidit, vel mutilat inuasorem clem. vnica de
34 homicidio. Decimo quarto si in colluctatione, vel pancratio, vel pugilles dum inter se exercẽtur alius alium occiderit si quidem in publico certamine cessat Aquilia. quia glorię causa & virtutis nõ iniuriæ gratia videtur damnum datum. l. qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad l. Aquiliam. Decimo quinto infertur cum pila plures luderent quidam ex his seruulum cum
35 pilam recipere conaretur impulit seruus cecidit & moritur quærebatur, an Dominus seruuli. l. Aquilia. cum eo cuius impulsu ceciderat agere posset respondi non posse, cum magis ca-

gis casum quam culpa videretur factum l. si plagis.§.fin.ff.ad l. Aquil. Decimo sexto infertur cum staret quidam in naui cum socio & ibi esset quædam hasta lignea cum ferro ad extrahédum frondes de aqua causa capiendi pisces vnus ex socijs detraheret hastam cum frondib. percussit socium stanté post se ĩ capite, ex qua percussione mortuus est, non per hoc imputatur occidenti probata tamen amicitia pręcedẽti quia non sponte, sed casu factum homicidiũ dicitur, ita ĩ terminis cõsuluit Vbertus de Cremona in consi. 11. n. 1. & seq. inter cõs. cri. vol. 1. Decimo septimo infertur si quis fortuito ca-
36 su percusserit quædam calce, & interfectus est non tenetur. l. Cornelia. de sicarijs. not. l. eum qui. C. ad leg. Corneliam de sicar. Decimo octauo infertur, quod medico non imputatur si ęger moriatur dummodo sit peritus & adhibuerit diligentiam debitam ita Iacob. in termin. l. capi. §. famosos. num. 154. ff. de pœnis Decimo nono furiosus si hominem occidat etiam si matrem occiderit non punitur. l. pen. §. fin. ff. ad l. Pomp. de parric. ratio est quia delicta non committuntur, absque cõsensu. l. 1. ff. si quadrupes pauper fec. dic. furiosi autem nullus est consensus. l. 2. C. de contr. empt. vnde talis potest iniuriam pati, sed non facere. l. illud. ff. de iniurijs alia est. ratio quia furiosus satis suo furore punitur. l. diuus. ff. de officio. pręsid. & hoc nisi deliquisset ante furorem. Vigesimo amplia.
37 in infanté, qui si occidat hominem nullo mo-

do pu-

do punitur. not. l. infans. ff. ad l. Corneliam. de sicar. nec efficitur, irregularis, vt dixi supra, infantem enim excusat imbecillitas consilij, talis enim ætas, quæ videat ignorat. l. prima. C. de fals. mon. quod dictum non procedit quando infans esset doli capax quia tunc puniretur sed tamen Mitius propter ætatem. l. Auxilium. §. in delictis. ff. de Minor. Vigesimo primo
38 ampl. in dormiente qui si dormiens occiderit hominem, non punitur. Clem. vnica de homicid. quia dormiens æquiparatur. furioso. cap. maiores. §. inde de bapt. Vigesimo secundo ampl. in ebrio, qui si ĩ ebrietate occiderit excusatur, sed non a toto. l. omne. §. per vinum. ff. de re milit. pro vt latius suo loco de his omnibus dicemus inferius. Vigesimo tertio ampliatur, vt occidens mulierem bannitam non tenetur de homicidio ventris Ber. consil. 196. numer. secundo. volum. tertio. consil. 197. numer. octauo. volum. tertio. Vigesimo quarto si mulier casu abortum fecerit non punitur de homicidio not. summistæ casuum conscientiarum. versic. abortus. Docto. com. cap. sicuti. secundo de homicidio quinto Amplia. si per errorem vnus interficiatur, pro alio non
39 punitur si dabat operam rei licitæ, vt quando fecit ob necessariam defensionem Alba. consil. quingentesimo sexto. nume. trigesimo quinto. in terminis. Curtius. l. ut vim. numer. vigesimo. ff. de iustit. & iure Halemon. l. prima. numer. vigesimo secundo. ff. de legibus. Idem

est si

est si quis interfecerit hominem credens eum esse bestiam. Alber. l. impuberem. §. si ei. num. 3. ff ad l. Cornel. de fals. similiter si duo sint vnus
40 interfecit seium Iudex per errorem de capitauit alium an verus homicida sit liberatus. Respond. quod non ita in puncto Corsettus sing. 132. versi. homicidium. Vigesimo sexto ampl. vt non solum excusetur si per errorem occiderit
41 sed etiam ignoranter. Mars. in praxi crimin. §. aggredior. nu. 3. Alex. cons. 114. nu. 4. volum. 1. consi 160. num. 6. vol. 7. Vigesimo septimo Iacens lapidem vel niuem tempore quo permittitur si hominem occiderit non punitur. Mars. d. loco. §. vlterius. nu. 7. & seq not. Cepolla. l. fu
42 gitiui. nu. 24. C. de seru. fugit. Menoc. de arb. Iud. lib. 2. cent. 4. Cas. 324. num. 10. Soccin. cons. 16. vol. 1. Sylu. nupt. lib. 1. nu. 93. vbi de ludo in quo perpetratum est homicidium loquitur. c. cum qui 50. distin. Dec. consi. 9. Bertr. consi. 244. num. 1. volum. 10. Ang. l. lege §. diuus. nu. 3. ff. ad l. Cornel. de sica Ruin. consi. 143. vol. 5. nume. 27. Vigesimo octauo homicida sim-
43 plex idest qui casu sine culpa & dolo nulla animi deliberatione ex interuallo præcedente aliquem interfecit, gaudet immunitate ecclesiæ Didac. lib. 2. van. resol. cap 2. nume. 7. Gomes. c. 10. delict. num. 2. Igneus. l. 1. §. si dominus. nume. 7 ff. ad Silan. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 30. Vigesimo nono ampliatur, vt nec in foro
44 animæ imponatur pœnitentia propter homicidium casu commissum. c. qui arboré 50. dist.

c. nec

c. nec Is 15. q. 1. Trigesimo ampl. in casu quo qs interfecit aliquem in actu permisso ex consuetudine quia consuetudo habet potestatem etiã in sanguinem hominis. Bald. in tit. de pace cõstan. Bal d. l. & si. col. 2. C. ex quibus causis infam. irrog. quem referunt addentes ad sing. cremensis. 150. incip. mos puerorum Trigesi-
45 mo primo ampl. vt si fabricator dum saxa, & cęmenta in altum duceret si casu ciderint, & aliquem interfecerint non punitur. Bal. consi. 22. nume. 5. in terminis. Trigesimo secundo & vltimo ampl. vt si venator telo inferam misso hominem casu interfecerit non punitur Tiraq. de pœn. leg. min. Cas 33. nume. 1. Menoc. de Arb. iud. lib. 2. cent. 4. Cas. 324. nume. 2. quibus ita
46 ampl. ita dicendum est, quod allegans fortuitum casum in homicidio intercessisse illũ probare debet ita in puncto. Salyc. l. eum qui nu. 1. C. ad l. Corn. de sicar & hoc nisi sit commissum in personam amici vel affinis, nam tali ca-
47 su præsumeretur casuale nõ dolosum. ita Ias. l. lex. nu. 22. ff. de leg. 1. gl. l. 1. versi. amicitia vbi Bald. C. de sicar. quibus ita ampl not. quod homicidium casuale illud dicitur, quod casu præter intentionem committentis vel causam dan-
48 tis, contigerit casus enim est causa agens præter intentinem & quæ casualia sunt non sunt voluntaria D. Thomm. 2 2. q. 64. Art. 8. qua in re ita distinguendo dico si quis operam de-
49 dit rei illicite & casuale homicidium sequatur punitur, & efficitur irregularis siue adhibuerit

diligen-

diligentiam quam potuit ſiue negligens fuerit. ſi vero quis dederit operam rei licitæ ſi nō adhibuerit diligentiam quā potuit & debuit ne homicidium caſuale ſequeretur debet puniri gl.c.ſicut.§.fi.c.continebatur,de homicid. Fęl. c.pręsbiterorum.eod.tit. Soccin. c. ad audiendam.n.48. de homicidio quod tamen arbitrio iudicis punitur quando abſque dolo commit-
50 titur. Aret.conſi. 81.num.7.l.non omnes.ff.de re milit. Aret. conſi. 146. in fine Socc. cōſ. 16. lib.1. Iaſ.cōſi.137.nu. 2 lib 1.Marſ.l.de minore. nu.20.ff.de quęſt.gram.conſi.21.nu. 14. Bal. l. data opera nu.20.C. qui accuſ.non poſſ. Fulg. conſ. 138 Tiraq.tract.de pęn.legū.Caſ.14.nu.1. Didac.clem.1.de homic.vol.& inuol §. 4. nu. 1.& ſeq. Dictum eſt de bello & homicidio quęro modo quæ requirantur, ad hoc vt bellum iuſtum moueri poſsit. reſp. quod quinque re-
51 quiruntur videlicet, perſona, res, cauſa, animus,& authoritas,pſona vt ſit ſæcularis, & nō eccleſiaſtica c.clerici.23.q.8.niſi in neceſsitate ineuitabili.clem. 1.de homic. res vt fiat pro rebus repetendis,& pro patriæ defenſione. c.1. 22.q.3.Innoc.c.dilectus de reſt.ſpol.cauſa.1.vt propter neceſsitatem pugnetur nempe vt pp pugnā pax acquirat̃.c.nolli.23.q.1. vnde dr̃ finis Belli pax, animus vt non fiat pp odiū, vel inſatiabilem cupiditatē,ſed pp charitatē.iuſtitiā,& obedientiā vt ſine pturbatione in ſecuritate viuatur.d.c.ſquid culpatur. Quinto requiritur authoritas,quia ſine authoritate ſuperio

ris non

tis nõ moueť bellũ.l.hostes.ff.de capt.& posth. reuers. et Bal. in termin. in cons.439.vol. 5.

S V M M A R I A.
In II. Quæst. Secundæ Partis.

1 *Vulnus casu fortuito illatum non punitur.*

2 *Rixa casu fortuito mota quomodo delictũ in ea cõmissum puniatur.*

3 *Mouens ex incuria medicorum si fuerit percussus percutiens non punitur de homicidio.*

4 *Cicatrix quę remansit ex imperitia medici non imputatur vulneranti.*

5 *Percussio unica tãgẽs plura mẽbra qũo imputeť.*

6 *Vulnus frangens ossa quomodo puniatur.*

7 *Percutiens aliquem in galea quæ repercusserit in capite quomodo imputetur.*

8 *Fugiens ob timorem si cadit imputatur, incutienti timorem.*

9 *Percutiens se ipsum fortuito casu non punitur.*

10 *Proiciens lapidem in aerem si percutiat aliquem non punitur.*

11 *Percutiens clericum putans esse laicũ nõ punitur.*

12 *Percutiens in ludo aliquem non est puniendus.*

13 *Vulnus illatũ corpori debilitato quomodo puniatur.*

14 *Animal ferox si damnum dederit quomodo & quãdo imputetur Domino.*

15 *Ballistarius si sagittando percusserit aliquem quomodo puniatur.*

16 *Equus si violẽter cucurrit si damnum dederit quomodo equitanti imputetur.*

17 *Iaculator percutiens aliquem quomodo puniatur.*

Percu-

18 *Percutiens non animo occidendi quomodo puniatur.*
19 *Percutiens aliquem in tumultu an puniatur.*
20 *Militis priuilegia not. in condendis teſtam.*
21 *Priuilegium militis in contractibus celebrandis.*
22 *Militis priuilegia in iudicijs ferendis & ſuſcipiendis.*

Quæſt. II. Secundæ partis.

1 NON ſolum homicidium excuſatur, ſed etiam vulnus, & percuſſio non imputantur quando caſu contingunt. no. ca. 3. de ſent. exc. Socci. ſen. c. peruenit. nu. 201. de ſenten. excom. pro declaratione huius concluſionis. not primo quod quando vnus à pluribus in rixa caſuali vulneratus eſt, nec conſtat quis vulnus intulerit ſolus rixę author punie-
2 tur cæteri vero de ope. & auxilio tantum. Cin. l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi. Vitalin. de inſul. & percuſſion. nume. 15. Gand. tract. de homicid. col. 7. nu. 17. Didac. in clem. ſi furioſus. p. 2. §. 2. num. 3. alij caſus ponit. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 362. in termin. Secundo not.
3 quod ſi ex percuſſione quis moriatur ex eo q̃d ſpreuit curam medicorum, vel ex imperitia ipſorum & hoc caſu iudicis arbitrio relinquitur an ex vulnere an vero ex alia cauſa fuerit mortuus Cepolla. conſi. 41. colum. 3. Marſ. conſi. 7. nu. 28.

28. Grammat. consi. 49. num. 3. Idem est de cica
4 trice, quæ remansit ex imperitia medici nam non punitur, ille ex forma statuti, qui intulit illam, cum vulnus illatum non fuerit causa immediata Cicatricis Bart. tract. de cicatric. versi. quinto Dec. consi. 415. in termin. Tertio not. quod si ex parte inferētis vulnus sit vnus actus ex parte vero recipientis sint plures percussione, vt cum quis aliquem percusserit cum bidéte, vel forcipe vna tantum pœna est puniendus & hoc quando vno ficto fuerit vulnus illatum secus si fieret successiue, vt percussit aliquem in capite & descendit in brachium, & postea in Crux plura sunt facta successiue, licet non vno momento. l. ter enixa. ff. de verbo. sign. idem si quis vno ictu percusserit in pluribus digitis, nam ex diuersitate. locorum dicuntur percussiones diuersæ not l. si seruus. §. rupisse. ff. ad l. Aquil. similiter quis percussit, aliquem in vno loco & fregit, os & os fractum fecit vulnus in alia parte, corporis pro duobus vulneribus
6 est puniendus not. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. Item si te fugami & cum fugeres cecidisti, & cadédo vulnerasti te in aliqua parte corporis, an tenear quasi vulnerauerim. Resp. quod non, sed quasi vulnerari fecerim. l. si ex plagis. §. fin. ff. ad l. Aquil. si tamen quis percusserit aliqué
7 inceruelleria, & percussio ceruelleriæ fecit vulnus in fronte, vel in capite videtur vulnerasse not. l. item mela. ff. ad l. Aquil. not. Bart. l. si gemina. ff. Arb. furt. Cæsar. nume. 5. Preterea si

te fugaui & dum fugeres cecidisti & caden do te vulnerasti teneor de vulnere.l. de pecoribus.
8 C.ad l. Aquil. Addentes ad Bar.l. fin. C. Arb. furt.Cæsar.quib.ita stantibns Ampliatur pluri bus modis primo si quis nullo delato crimine
9 dolore aliquo corporis,aut tedio vitæ aut furo re,vel insania aut aliquo casu se ipsum percus-serit non punitur.l. 1. C. de bonorum eorum, qui mortem sibi consciuerunt. Secundo ampl.
10 in eo qui proiiciens lapidem in aere aliquem percusserit fortuito casu non tenetur,Menoch. tract de arb.iud.lib 2.cent.4.cas.324. nume.10. Tertio percutiens clericum putans eum esse laycum non incidit in excommunicationem Bouer.in sing.versic.excommunicatio.num.5.
11 Marian.Soccin.c.peruenit.nume.400. de sent. excomm. Quarto percutiens in ludo aliquem non punitur.Ant c.licet nume.3. de homicid.
12 Bald.in 1.const.ff. C.§.hęc autem.nu.6.fallit casu consil.Crau.97. in termin. similirer fallit si vulnus inferatur, corpori debilitato nam si
13 moriatur tenet,ex vulnere licet uulnus non es set mortale Socci.l.3.§.cũ ex plurib.nu. 18.ff.
14 de acq.poss.Quinto si animal ferox, vt leo vr-sus & canis & similia aliquẽ momorderint nõ imputetur Domino si ipse ea nõ tenuerit in lo co periculoso.specul.§. nunc dicendum versic. quarto tit.de empt.& vend. Animal.enim non dicitur iniuriam facere, quia sensu caret inst. si quadrupes pauper fecisse dicatur. In princ.no. l.1.ff.eod. Sexto Ballistarius non est in culpa si

sagitan-

16 sagittando aliquem percusserit. Innoc. c. senté tiam cum gl. ver. Ballistarii ne cleric. vel. mon. nisi dedita opera id egisset, nam eo casu sagittans de vno territorio potest puniri per iudicé loci, in quo stabat sagittans. Flor. l. ait lex. ff. ad l. Aquil. & hoc, quando statutum punit sagittantem, non quando punit percutientem; quia tunc locus in quo stabat percussus inspicitur. l. libellorum. colum. 2. ff. de accusat. l. 1. C. vbi de
16 poss. agi oporteat. Septimo si equus violenter currit adeo quod freno non teneri possit non punitur, ille qui ducebat illum. Bar. l. fin. §. si propter. ff. de via publica, & hoc quando ignorabat vitium, secus si sciebat & equitabat in via publica, nam tunc debet exclamare, Flor. l. si putator. ff. ad l. Aquil. l. si foueas. §. qui nauis. ff. eod. Angel. tracta. malefi. versic. scienter. colum. secunda. not. cap. significasti. de homicidio. l. idem iuris, §. mulionem. ff. ad l. Aquil. statur. tamen iurameto asserentis se ignorare qualitatem illius, Floren. l. prima. §. siue. ff. si quadr. pauper. fec. dicatur. Octauo si iaculator transeuntem percusserit non punitur. not. l. item mela. ff. ad l. Aquiliam. specul. titu. de iniur. & damno dato. §. primo. versicu. porrò. Nono percutiens non animo occidendi, puta cum claua, cum possit percutere
18 gladio non tenetur † de homicidio secuto, not. l. prima. §. sed si claua. ff. de sicar. Bald. l. cum mandati. C. mandat. Cardinal. capit. lator de homicid. Decimo percussio in tumul-

tu illata nõ punitur, quia ſedandi cauſa tumul tus; multa conceduntur ſpecul. de ſequeſtr. & poſſ. fruct. verſi. ſed nunquid. ſpecul. §. 2. de di poſit. verſi. ſi autem, declaratur, hęc concluſio eodem modo quo declarata fuit proxima ſupe rior. diſtinguendo videlicet, an quis dederit operam rei licitæ an non, vel an vſus ſit diligen tia, quæ vti debebat, aut vero negligens fuerit, quæ omnia diſcernere faciunt, quãdo quis in-dolo fuerit, vel in culpa, & per cõſequens quã-do quis ex vulnere, & percuſsione, puniri de-
20 beat, vel non, & not. militis priuilegia eſſe plu-ra, & primo in condendis teſtamentis not. l. mi lites. C. de teſtam. milit. l. ſimiles. ff. eod. Secun-
21 do in contractibus Doct. Com. l. ſi Vrbana. ff. de cond. indebiti Ever. in loco à milite ad piã cauſam. Tertio in iudicibus ipſorum. n. cauſæ ſummarie breuiterque expediuntur, not. l. 2. ff.
22 de in ius voc. Euer. in loco; à milite armatæ mi-litiæ. nu. 13. Iul. Ferrett. in tit. de mil. teſt. Mant. tract. de priuileg. milit. quæ competũt eis dum ſunt in expeditione alias ſecus.

SVMMARIA.

In III. Quæſt. Secundæ Partis.

1 *Sterilitas ponitur inter fortuitos caſus.*
2 *Sterilitas arbitrio iudicis iudicatur.*
3 *Sterilitas iudicatur ſecundum comm. opin. Agri-colarum.*

Steri-

4 *Sterilitas dicitur, quando nihil percipitur ex quibus fiat.*
5 *Tempeſtas fortuitus caſus eſt.*
6 *Locuſtæ cauſant ſterilitatem.*
7 *Niues immoderatæ cauſant ſterilitatem.*
8 *Pluuia inſolita eſt fortuitus caſus.*
9 *Siccitas inſolita eſt fortuitus caſus.*
10 *Sterilitas quomodo compẽſetur, cum fertilitate.*

Quæſt. III. Secundæ partis.

STERILITAS inter fortuitos ca
ſus numeratur. Paul. l. ex condu
1 cto. §. ſi vis tempeſtatis. nu. 5. ff.
de locato, & con d. l. ſi uno. §. cũ
quidam. ff. eod. tit. gl. l. licet verſ.
ſterilitas. C. eo. Egid. Boſſ. tract. de remiſſ. mer.
num. 1. Neuizan. conſi. 67. num. 12. Ideo videa-
mus quid dicatur ſterilitas q̃bus ex cauſis cau-
ſetur, & quos effectus operetur. Ad primum re
ſpon. dicendum ſterilitatem dici arb. iudicis,
Barbatia. conſ. 21. volum. 2. Iacob. Menoc.
2 tract. de arbitrio. iudicis. lib. 2. cẽt. 1. caſ. 72. nu.
3. licet alii dicant hoc iudicari ſecũdum com.
opinionem agricolarum Doct. com. c. qui pro-
pter ſterilitatem delocato & cond. Tertio ſteri
3 litas dicitur quando ſoluta penſione quis de-
cipitur, vltra dimidiam. Barto. l. licet. ca. locati.
4 Quarto & vltimo modo dicitur ſterilitas quan
do nihil percipitur, Bart. l. ſi merces. §. uis me-

ior. ff. locati, & isto dicitur fortuito casu contin-
gere, qui causatur, pluribus ex causis. Pri-
mo propter tempestatem Paul. l. ex conducto.
5 §. si vis tempestatis. nume. quinto. ff. de locat.
& cond. Secundo ex locustis, Menoch. de arb.
iud. lib. secundo. cent. prima. Cas. 80. num. 9. &
6 in tract. de recuper. Remed. 12. num 36. & seq.
l. excepto. C. locati. Ruin. consi. 40. nu. 28. Cas
7 san. consi. primo tertio niues immoderatæ sunt
causa sterilitatis, vt Petrus santerna tract. de as-
securat. & sponsion. mercat. nume. 77. & num.
80. Menoch de recuper. poss. Remed. 12. nu-
me. 40. l. fistulas. §. si frumenta. ff. de contr. em-
ptio. Doct. com. l. sed & si §. quęsitum. ff. si quis
caution. Quarto grādo immoderata, d. §. si vis
8 tempestatis. Quinto pluuia insolita facit hoc
idem, Bald. consi. 173 vol. 4 Egid. Boss tracta.
de remiss. Merced. nume. 24. Sexto siccitas im-
9 moderata causat sterilitatem, vnde si vinea nō
desiccetur, quis non tenebitur ad solutionem
census. Bartol. l. forma. § primo. ff. de censibus
visis prædictis effectus sterilitatis est, vt si con-
tingat fortuito casu fiat remissio pensionis,
10 ita Egid. Boss. tract. de remiss. merced. nume.
39. & seq. si vero aliter fit compensatio fertilita
tis vnius anni cum sterilitate alterius ita ego
dixi in tract. de compensat. p. prima. q. 45. nu-
me. 9. & seq.

SVM-

SVMMARIA.
In IIII. Q. Secundæ Partis.

1 Paupertas est fortuitus casus.
2 Pauper dicitur arbitrio iudicis.
3 Inops arbitrio iudicis iudicatur.
4 Differentia pauperis & inopis.
5 Miserabilis dicitur arbitrio iudicis.
6 Allegans paupertatem illam probare debet.
7 Probatur paupertas multis modis.
8 Paupertas æquiparatur infirmitati.
9 Paupertas excusat à multis.
10 Pauper non prosequens appellationem excusatur.
11 Pauperis causa gratis patrocinari debet.
12 Beneficia vniuntur, ratione paupertatis.
13 Pauper non tenetur soluere collectas.
14 Causa pauperis priusquam diuitis expediri debet
15 Pauper compensare potest non obstante iuramento.
res.nume.2.ff.mand.item ſi contingat in perſonam nuncii, ſeu ambaſsiatoris Fulgoſ. l. præſes num. 1. C.de appellat.

SVMMARIA.

In VII. Quæſt. Secundæ partis

1 *Incendium eſt caſus fortuitus.*
2 *Incendium præſumitur culpa leuiſsima inhabitantium.*
3 *Culpa leuiſsima in omittendo facit vt quis non teneatur etiam actione legis Aquiliæ.*
4 *Conductor allegans ab fuiſſe culpam debet probare.*
5 *Incendium licet aliqua culpa oriatur non per hoc adſcribitur certæ perſonæ.*
6 *Incendiom ortum habens aliunde quando imputetur.*
7 *Præſumptio indeterminatæ perſonę ad condemnationem non ſufficit.*
8 *Custos pro mercedę tenetur de incendio.*
9 *Commodatarium de incendio tenetur.*
10 *Conductor abligans ſe teneri ad incendium conueniri poteſt.*
11 *Familię plures, ſi in domo habitant quomodo teneantur.*
12 *Culpa leui tenetur conductor.*
13 *Culpa caſum præcedens obligat etiam in re aliena.*

Damnum

Quæst VII. Secundæ partis.

1 INCENDIVM vt dictum est in prima parte ponitur inter casus fortuitos, maxime quando ortũ habet ex incursu hostium, vi ventum & ex fulmine ita not. l. in rebus. ff. comm. l. capitalium. §. incendiarii. ff de pœn. l. si quis §. si colonus. ff. loc. Boss. tract. de remiss. merced, nu. 74. Anan. consi. 71. Bald. consi.

consi. 58. volum. 4. Iulius Ferrett. tract. de bello tit. de non ponendo exercitam. nu. 4 pract. mil. tit. quibus modis committi. malefi. num. 16. Papiens. iu forma libelli in actione reali nume. 17. Soccin. sen. l. si quis domum. nu. 8. ff. de iniur. Paris. consi. 87. num. 3. vol. 4. Rol. consi. 95. nu. 18. vol. 2. Alber. l. si vendita. num. 2. ff. de peric. & com. rei vend. Calc. consi. 66. num. 13. Bertr. consi. 55. num. 4. vol. 2. Port. §. item num. 10 institu. quibus modis re contr. obligat. Ang. l. fortuito. ff. de incẽdio ruina & naufragio Aret. d. § item num. 1. Bal. & Bar. l. 1. ff. de offic. præfec. Vigil. Bald. l. data opera nu. 4. C. qui accusa. nõ poss. Port. §. præterea. nu. 2. instit. quib. mod. re contr. oblig. Ias. consi. 116. vol. 1. Salyc. l. testiũ nume. 3. C. de testibus l. quæ fortuitis. nu. 7. de pign. act. l. si in cursu nu. 4. C. depositi Guid. sing. 928. §. 2. quo stante quæro an incendium
2 quod euenit in domo præsumatur, fortuito casu an vero culpa in habitantium Resp. ex mente doctorum omnium quod in dubio incendiũ censetur factum culpa inhabitãtium, sed quia præsumitur ex culpa leuissima nõ imputatur conductori not. l. si vendita. ff. de peric. & com. rei vend. l. insulam. §. fin. ff. locat. Bar. l. 1. ff. de offic. præf. Vigil. l. si seruus §. fornicarius. ff. ad l. Aquil. Bal. l. si creditor. ff. de pign. act. l. si vero §. quod ex mediã. ff. de his qui deic. vel effud. Gozad. consi. 63. nu. 18. in termin. Bald. consil. 441. vol 1. Anan. consi. 71. Alex. consi. 74. vol. 6. Decis. Perus. 25. nume. 24. in termin. Cepolla. consi.

consi.69.Crot.l.4.§.Cato.num. 73. ff. de verb. obliga.Cephal.consi.67.num.29.volum.1.nec conductor tenetur ad damni emendationem, quia talis culpa præsumpta est leuissima in o-
3 mittendo non autem in faciendo,non tenetur ét actione legis Aquiliæ Sadul.l.quod te nu 16. ff.si cert'pet.l.si vsufructus.§.denique.ff.de vsu fr. Afflict.decis.57.nume.8.Grammat. decis.3. nume.15. quod si conductor voluerit dicere ab fuisse culpam debet probare incendium aliunde venisse,seu abhibuisse omnem diligentium
4 quam quilibet paterfamilias adhibere solitus, vt.euenit in incendiis , agris quę vi ventorum oriuntur Decis.perus.25.num.21. Secundo declara vt dicatur factum culpa inhabitantium in genere,sed bené fieri potest absque culpa sin-
5 gularis personæ ita addentes ad Papiens.in tit. formæ libelli, in actione reali versi. casu fortuito quod si particularis persona cognoscatur, adscribetur culpa illius ignem mittentis Duć. reg,18.num.3. Anan.consi.71. Tertio declara vt si dominus Domus in qua incendium factum est tenetur de facto habitantium,vt quia caupo nauta,vel stab. tunc tenetur , & ratione huius culpæ conueniri potest ita addentes dicto loco not.l.secunda. ff. naut. caupi. stabul. Quarto si incendium habuit, iortum aliun-
6 de tunc si erat adeo vt remouer posset tenetur si vero præuideri non poterat adscribitur fortuito casui Docto.l. 2.ff.de offic.præse. Vigesimo quinto declara quod cum sit præsumptio inde-

indeterminatæ personæ ad condemnationem non sufficit Bald.consi.441.vol.1.Anan.cons. 71.nu.2. Ias.cősi.117.n.3.vol.1.Sexto non habet
8 locum in custode, q. pro mercede rẽ custodiendam duxit, qui tamen tenetur de leuissima culpa Alex.consi.58.num.7.volum,1. Bald.consi. 442.vol.3.Corn.consi.242.volum.1. nume.2. ita in pũcto Petrus Calefatus præceptor meus in consi. 58 inter cősi.crim. vol. 2. Septimo ad
9 idem tenetur etiam commodatarius qui etiam leuissimam culpam præstare tenetur Alexã.d. consi 50.§.item inst.quibus mod.re contr.oblgat.l.in rebus.ff.commod. l. qui mercedem. ff. loc.Iohan.Ant.in sing.58.num.4. Octauo declaratur procedere nisi conductor expresse in
10 specie obligasset Gozad. consi.63.num.7. Menoch.de arb.iud.lib.3.cent.4.Cass. 390. nu. 9. Nono declaratur, vt si duo familiæ in eadem
11 domo habitauerint, vna videlicet in parte inferiori, altera vero in superiori, & ignoratur quæ causam incendii dederit tunc vtraque pars est absoluenda, Gozad.consi.63.num.12.Paris. cő sil.47.num.5.vol.4. Grammat.Decis.3.num.2. Ferrett.consi.37.num.2.Marsi l.1.nume.114.ff. ad l.Corn.de sic. Alex.consil.50.volum.1.Mar
12 sil.sing.24.num.6. Decimo declara, vt si culpa saltem leuis interuenisset tunc conductor tenerur Bal.cons.149.vol.2. Gozad.consi.63.nume.18. Grammat.consi.3.num.11.quia conductor teneretur de leui culpa. l. si quis fundũ.§. imperator.ff.locati.& tunc damnum tenetur
etiam

etiam vicinis resarcire Marſ.l.1.num.115.ff.de
13 ſicar.quia culpa caſum præcedens obligat etiã in re aliena not. l.qui occidit. ff. ad l. Aquil.an vero fuerit culpa læuis an leuiſsima iudex arbitrabitur in ſpecta qualitate rei,cauſæ,& perſonę Bald.conſ 442.volum.2 an reliquerit in domo iuuenes adoleſcentes ſeu perſonas quæ bene cuſtodiant Menoch.d.loco nume. 17. & de his not. Ceph.conſi.67.num.29.vol.2.Ferrett. conſi 36. Didac.tract.de ſponſal.2. p. cap. 6.§. 18.num.14.Corn.conſi.242.n.1.vol. 1. Calcan. conſi.120.num.19.conſi.39.n.2. Alex. l. ſi quis argentariis.§.prætor.nu.9 ff.de edendo Iaſon. conſi.116.vol.1. Albert.tract.ſtat.lib.2.q.80.nu. 2.& q.19.nu 2.eod.lib.Vndecimo not.& declara quod ſi per ſtatutum damnum incendij de-
14 beat emendari petens refici damnum licet nõ teneatur probare perſonam qui ignem imiſerit Albert. tract. ſtat.l. 2,q.80. & hoc non niſi conſtet intus ortum habuiſſe,ſeu euen iſſe caſu fortuito idẽ d.loco & ĩ q. ſeq. Iodoic. in praxi crimin.tit.de ſpontaneo incendio nu.8.not.l.ſi fortuito, ff.de incend.ruin. & naufr. Franc.turian.lib.9.com.opin.verſi.incendium. pagina. 171 Mar.Socc.ſen.c.ſi quis domũ & iniuria de damno dato,quod ſi negligentia ſeu leui culpa ignis illatus fuerit tenebitur tantum ad emen-
15 dam damni non autem ad pœnam incendiarij Alex.l.1.ff.de offic.præf.Vigil.felin.cap. tua nos de ſent.excom.Calcan.conſi.39.in puncto idem in terminis conſi.66.. Duodecimo ſi Do-

mus legata fuerit, & fuerit combusta non per hoc estinguitur legatum quia durat area quæ est pars rei legatæ l. si grege. ff. de leg. primo. l. si ita §. si domus. ff. eodem fallit quando testator post factum legatum, & post combustionem testator domum restauret. Iason. l. si domus. nume. 13. ff. de leg. primo. Decimo tertio not.
17 quod si domum dedi alicui vt me alat domo combusta tamen tenebitur alere Bal. l. 1. C. de iure emph. Cremens. not. 1. qui translato dominio periculum est Donatarii l. Lucius. ff. de euiction. l. necessario. ff. de peric & comm. rei vendic. Anch. c. potuit loc. Decimo quarto incen-
18 dium † non liberat debitorem quantitatis, vel generis a solutione, quia genus perire non potest. l. incendium C. si cer. pet. Decimo quin
19 to † casus incendij nocet ædificanti, Iason. l. si ita num. 7. ff. de verb. oblig. cum l. si stipulatio. num. 3. ff. eod. tit. Decimo sexto incendium cedit periculo emptoris, Salyc. l. si vendita. num. 7. ff. de peric. & com. rei vend. Decimo septimo hęres qui fecit expensas in restauratione Domus combustæ legatæ à testatore post mortẽ eius hæredis certe debetur legatario ab hærede hr̃dis illa domus, deductis tñ expensis, quas hæres fecit, dummodo culpa illius non fuerint cõbustę sed fortuito casu not. l. domũ & l. seq. ff. de leg. 1. ita in simili de expẽsis factis in molẽdino cõbusto, quæ fuerint a fideicõmissario non autem ab hærede grauati Ripa. l. vbi §. fin. num. 2. ff. ad Trebell. Afflict. decis. 87. Bertrãd.

consi.

consi.21.nu.15.vol.1.Paris.consi.55.n.22.vol.3.Ruin.consi.117.vol.3 nec istarum expensarum fieri debet compensatio cũ fructibus Rui. cõsi.184.n.15.vol.1.Ceph.cons.67.vol.1.n.30.
21 Decimo septimo domus pignorata si combusta tur,& reficiatur cedit pignori & potest vẽdi vigore pacti de vendendo pignore not. l. fin. ff.
22 de pignor. Decimo octauo remissio pensionis fit causa incendij casu peruenti l ex conducto. §.cum quidam.ff.locati.l.qui insulam.§.ędilis ff.eod.tit. Boss.tract.de remiss. merced. nu.70. & seq. Decimo nono ex causa incẽdij ruinare licet ædificiũ ad arcẽdũ ĩcẽdiũ ne ad se veniat not.l.si qs fumo.§.quod dicitur.ff.ad l. Aquil. & damnum erit cõmune cum vicinis, Stracha tract.de Mercat.versi.sed neç est num. 2. quia si intercisæ ædes non fuissent omnibus vicinis ignis nocere potuisset nisi culpa vnius euenisset. Dixi ego in tract.de reg.iuris.p.2. reg. 8. num.129.Decis. Afflict. 57.Calcan.consil.120. num.19. Angel.l.si laborantem num.secundo. ff.ad l. Roh.de iactu.l.duo.§. non solum ff. de inc.ruin. & naufr.specul.lib 1.tit.de actore.§.1. num.58. Bart.l.si alius.§.est & alia. ff. quod vi aut clam.not.l. prima. ff. ad l.Rohod. de iactu Flor.l. si locus.§. primo. ff. quemadm.seru.amitt. Marsi.l.prima de sicar. Item declara hoc dictum, quando domus fuit destructa ad abundantem cautelam, secus si domus illa alias fuisset combusta. Bartol. Soccin. in tracta. fall. regu. 331. limit. prima & quod dic-

24 tum est de vicino intellige etiam de socio cuius damnum ex incendio causatum erit commune. no.l.cum duobus. §.damna. ff. pro socio ex quibus apparet quod conductor non tene= ad pœnam nec ad emendationem damni, nisi probetur, contra ipsam fuisse in dolo, vel culpa saltem leui quicquid dicat gramma. Decis. 3. & Rol.consi.95.vol.2.& Mar.Soccin.c.si quis domum.num.35.de iniur. & damno dato, pro maiori declaratione istorum dictorum ita distinguendo dico aut incendium datum est in prædio Rustico, aut in Vrbano, si in prædio rustico aut in feno, stipula & in agris tempore messis, tunc aut incendium de super est aut ex fulgore, & tunc vt casus fortuitus nemini adscribitur.l. si fortuito. ff. de incendio ruin. & naufrag. si vero datum est ab homine, tunc aut persona est certa, aut non, si persona est certa, aut est ex causa belli, vt incursus hostium, & incendium datum, aut ab vno ex illis, & tunc etiam vt fortuitus casus non imputatur alicui etiam si causam belli dedisset, quia non est immediate causa ordinata ad casum. Marian. Soccin. sen.c.si quis domum num. 47. de iniur. & damno dato, & procedit etiam in innimicitia particulari quo casu non imputatur, nisi igné mittenti, qui si fuit in dolo puniri debet, pœna mortis ita Soccin.d.loco num.61.& hoc quando est certa persona, si vero nõ fuit in dolo, sed lata, culpa, vel leui tunc tenetur ad emendam damni & punitur arbitrio iudicis, ita Menoc.

d.loco

d.loco caſ.390.nume.18.& ſeq quod ſi fuerit in leuiſsima culpa tunc aut incendium datum eſt in committendo aut in omittēdo primo caſu tenetur actione legis Aquiliæ Soccin.d.nume.26.num.58.quod ſi deliquerit in omittendo, tunc ad nihil tenetur niſi caſum incēdij ſuſcepiſſet in ſpecie obligationis, vel niſi ſuſcepiſſet custodiā agri pro mercede, quo caſu custos tenetur, vt dictum eſt, & hæc intellige dummodo ignis fuerit miſſus in agro, vel in fornace tēpore debito, & fuerit custoditus prout decet alioquin tanquā in culpa deberet puniri quod ſi perſona fuit incerta. aut ille ad quem ſpectabat poterat remouere incendium, aut non, qđ ſi poterat remouere ex clamando ſeu aliquid aliud agendo, & non fecit tenetur ſaltem ad emendam, quod ſi remouere non potuit, tunc aut aliquo pacto conſtat incendium a familia immiſſum eſſe, aut non quod ſi a familia tunc aut in familia habet perſonas ſolitas iſta facere vel quæ de facili facere poſſent, vt ebrij, furioſi ſeu maligni, aut non primo caſu, aut adhibuit omnem diligentiam, ut ex his damnum non detur, & tūc non tenetur, alioquin tenetur, ſaltem ad damni extimationem Soccin.d.loco nume.48.quod ſi tales perſonas non habuerit, & ignis immiſſus fuerit debito loco, & tempore, & modo, non tenetur, licet damnum dederit, vt quia vi ventorum aliunde ignis fuerit expulſus quando vero perſona eſt omnino incerta, & tunc vniuerſitas tenetur ad emendationem

damni si non reperiatur a quo incendium ortum habuerit, nec verisimiliter possit præsumi quod à familia deuenerit, & hoc propter negligentiam custodũ & præfecti vigilum, & hoc est maxime prouisum ex forma statuti ciuitatis Florentiæ, & commune per totam Italiam ita Soccin. d. loco nu. 53. & hæc quo ad prædium rusticum: si vero incendium ortum fuerit in prædio Vrbano nempe in domo túc aut igné constat euenisse extra domum, aut intus, si cóstat euenisse extra domum tunc, aut apparet euenisse fortuito casu, & nemini imputat̃, si vero cõstat de certa persona, aut dabat operã rei licitæ & non potest ei imputari, si vero illicitæ & erat ordinata culpa ad incendium punitur, pœna incendiarij alioquin pœna extraordinaria, si pſona erat incerta vniuersitas, tenet̃ seu vicinitas qñ ex alia domo vicini accessisset, si vero incédiũ ĩtus ortũ habuit, aut est solus habitator, & custos domus ꝓ mercede & tenet̃ ét de leuissima culpa nisi ꝓbet se vsum esse oĩ diligentia in domo custodienda, si vero est conductor nõ tenet̃ nisi cõstet de aliqua negligentia in cõtrariorũ Igneus l. cõtractus. ff. de regu. iur. si vero sunt plures aut sũt sub vna tm̃ familia aut sub diuersis, prĩo casu si pater familias non fuit diligens in retinendis famulis seu custodiendis filiis tenebitur alias secus, & hoc cũ dubitatur à qua persona ignis sit accensus, seu immissus, si vero persona est certa, tũc aut fuit in culpa, aut non. Primo casu tenetur ille qui dam-

damnum dat vel pro eo paterfamilias. Secundo casu non, Soccin. dicto loco num. quarto. si vero plures familiæ in eadem domo habitant tunc aut apparet culpa familiæ, aut non primo casu tenetur illa a qua incendium ortum habuit, secundo casu damnum est commune, quod si nulli erant habitatores, tunc si ignis de cœlo non fuit immissus de necessitate præsumitur quod ab extra fuerit immissus, quia sine culpa alicuius indeterminatæ personæ non pręsumitur euenisse licet quandoque ignoretur illa persona l. si vendita. ff. de pericul. & comm. rei vendic. & tunc ad damnum aget contra vniuersitatem, quod si aliquis doli capax ignem ad caudam canis mitteret, ex quo causaretur incendium, puniretur nisi ex causa ludi publici ageret, alias secus Soccin. dicto loco. nume. quadragesimo septimo.

SVMMARIA.

In VIII. Quæst. Secundæ partis

1 *Ruina dicitur fortuitus casus.*
2 *Ruinæ, & incendij differentia.*
3 *Terremotus nocet domino non operario.*
4 *Promittens emendare damnum ruinę, de quo intelligatur.*
5 *Casma in fundo liberat illum à censu.*
6 *Expensis suis promittens manutenere molendi-*

num non tenetur de diluuio.

7 *Promittens reaptare molẽdinum intellige de vna vice tantum.*

8 *Molẽdino destructo, & habito pro derelicto amittitur ius præ occupationis.*

9 *Castro destructo perditur iura castri.*

10 *Ponte destructo amittitur, ius exigendi pedagium.*

11 *Monasterio destructo perditur priuilegium.*

12 *Flumine mutato tollitur ius exigendi gabellas.*

13 *Edificio destructo ecclesiæ amittitur ius patronatus.*

14 *Edificio destructo quando perimat actio, & obligatio vide remissiue.*

Quæst VIII. Secundæ partis.

1 RVINA dicitur etiam fortuitus casus igneus. l. contractus. num. 88. ff. de reg. iuris quæ differt ab incendio in hoc, quia illud plerunq; culpa in habitantium contingit. l. 3. ff. de offic. præf. Vig. Ruina vero vt in pluribus fortuito casu contin-
2 git. Host. in summa, de incend. nu. 2: quæ causatur vi ventorum, impetu aquæ casmatæ, & terremotu, not. l. fluminum. §. & labeo & §. vitium. ff de damno infecto Salyc. l. maritus. nu-
3 me. 1. ff. loc. vbi probatur, quod terremotus nocet

cet domino, non autem operario Menoch. tra cta.de recuper.poss.remed.12. num.28. Petrus Vbald.de duobus frat.p.8.q.37.num.38.quod si fuerit stipulatus emendare omne damnum quod contingeret ex Ruina domus debet in-
4 telligi de illo quod cõtingeret vitio operis, vel soli, non autem de casu fortuito. Paul.l. in con uentionalibus num.2.ff.de verb.oblig.d.l.flu-minum.§.vitiũ.ff.de damno infecto.l. si re hæ reditaria ff.de neg. gest. Secundo debet intelli gi quando Ruina poterat præcaueri ne contin geret l.in lege.ff.loc.l.qui bona.§.cum inter.ff. de damno infecto, Tertio vbi res posita est in loco ruinoso contra conuentionem quia licet per casum pereat non excusabit l.final.§.ea cõ ditione.ff.de contrahend.emp.l.sed & si §.1.ff. de vsufruct.l.si vt certo §.sed interdũ.tit.com. tunc ergo excusat ruina quando aut vi fluminis, aut tempestate, & terremotu contingit, Igneus l.contractus num.88. Ex hac concl.qua habetur,quod ruina dicitur fortuitus casus col ligũtur plures conclusiones, primo quod Casma in fundo liberat ipsum a censo Bart.l. forma.§.1.ff.de censibus.Secundo si quis promiserit omnibus suis sumptibus molẽdinum manutenere si accidit magnum, & insolitum diluuium,quod dictum molendinũ irreparabiliter destruxit promittens non tenetur Bald.consil.
6 145.volum.3.in terminis, quod dictum ampl. primo si molendinum casmate ruat fit remissio conductori de pensione, ita in puncto Pe-

trus

trus de Vbaldis in tract. de duobus fratribus. p.8.q.34.num.35.per l.1.ff.de migr. Bald.l.licet. C.locati.l.habitatores.ff.eod.Conc. Nattæ consi.449.volum.2.num.13. Soccin.sen. cons. 123.volum.4.num.10.secundo ampl.vt si quis
7 promiserit reaptare molendinum intelligitur, vt non teneatur,vt dictum est de fortuito casu sed in casu quo tenetur intelligi debet pro vna vice tantum Dec.consi.512.nu.9. Ias.l.quo mi nus nu.179.ff.de fluminibus Iohan. sing. 20. num.2.Bertach.tract.de gabell. 2.p.q. 25. Ias. l.diuortio.§.quod in Anno.ff.sol.matr. l. ĩ duo bus §.si ei ff.de iur.iurand. Alex.consi.. 16. nume.4. Curt.iun.cõsi.178. Soccin.iun.cons.25. vol.2.quia sermo singularis verificatur, ĩ vno actu dixi ego in tract.de reg.iur.reg.4.p.1.n.1. & seq.Ant.de gabr.in tit.de leg.& const.num.
8 15. Tertio ampl,vt molendinum quod positũ erat super flumine publico, eo sublato atque destructo & habito pro derelicto perditur ius præ occupationis,& prædationis Ripa.l. quominus.num.103.ff.de fluminibus, Quarto am plia.vt destructo molendino quod erat concessum in emphiteusim liberetur emphiteuta à solutione Canonis,ita in puncto Iason.d. l. quo minus nume.176.Tertio infertur qualiter ca-
9 stro destructo perduntur iura castri.l.si vsufructus.ff.quibus modis vsufru. fin. Ripa dicta l.
10 quominus nume.105. Quarto destructo ponte perditur ius exigendi pedagium à transeuntibus Bal.l.si plures.ff.de cond.inser. Bert.tract.

de ga-

de gabell. sexta. p. quæst. septima. Quinto destructo Monasterio perduntur iura monasterij & bona applicantur superiori tanquam vacantia Abb. c. recolentes de stat. monach. & requiritur in istis quod ędificium adeo sit destructum vt nihil de prima forma apparere possit. Ripa dicta l. quominus num. 108. Vnde aluei etiam mutatione subito facta perditur ius exi-
12 gendi gabellas. Ripa dicto loco. nu. 14. quod si reuertatur ad suum primum statum, restitu-
23 tio tunc est facienda Ripa d. loco num. 116. Septimo destructo ędificio penitus ecclesiæ perit ius patronatus, quia ecclesia diruta non est ecclesia sicuti homo mortuus non est homo, & hoc quando ius patronatus competit vigore ędificii tantum similiter quando competit propter fundum si fundus perit perditur ius patronatus ita in puncto Lambert. tract. de iure patro. lib. 1. art. 3. quæs. 6. p. 1. libr. 1. qualiter autem & quando re destructa tollatur quod eius causa debetur dixi late in tract. de reg. iur. p. 1. reg. 6. & seq. num. 1. & seq. late per totam quan-
14 do autem diruto ędificio seu perempto fundo pereat actio, & obligatio, not. Alber. bru. de interitu. de deterioratione, & de refectione,

SVMMARIA.
In IX. Q. Secundæ Partis.

1 *Naufragium est fortuitus casus.*
2 *Naufragium quid sit.*

Condu-

3 *Couductor mercium non tenetur de naufragio.*

4 *Naufragium an casu, an culpa factum esse dicatur.*

5 *Naufragij causa dicitur summaria.*

6 *Res deperdita in naufragio remanet penes dominum.*

7 *Vsucapi non potest res deperdita in naufragio.*

8 *Furtum committit, qui rapit deperditum in naufragio.*

9 *Rapere de naufragio quando dicatur.*

10 *Gabellam soluere debet nauta qui vi ventorum in alterum portum translatus fuit.*

11 *Nauta non punitur si vi ventorum solitum iter non tenet.*

12 *Nauta de leuissima culpa tenetur.*

13 *Periculum maris suscipiens dicitur suscipere fortuitum casum.*

14 *Nauta nauigans tempore prohibito dicitur in culpa.*

15 *Nauta imperitus dicitur in culpa.*

16 *Nauta est in culpa si nauim inutilem retinet.*

17 *Nauta in culpa est si per loca non tuta nauigauerit.*

18 *Nauta qui plus iusto nauem onerauit dicitur esse in culpa.*

19 *Nauta est in culpa si imperitos homines tenuerit.*

20 *Nauta est in culpa quando vtitur illicitis insignibus.*

21 *Nauta est in culpa si nõ facit quod diligẽs faceret.*

22 *Naufragij ad naufragiũ non fit compensatio quando culpa vtriusque nautæ intercessit.*

Quæst.

Quęst. IX. Secundæ partis.

1 NAVFRAGIVM quoque fortuitus dicitur casus not. l. in rebus. ff. commod. Paul. l. si vehenda. nume. 6. ff. ad l. Rohod. de iactu. Alciat. consi. 101. num. 19. igneus l. contractus. nu. 82. ff. de reg. iuris. l. 1. C. de naufrag. li. 11. hoc patet ex definitione, qua dicitur, quod naufragium est naue fracta submersio rerum, & corporum, quod plerunque contingit casu fortuito puta ptopter vim tempestatis vel fluminis, vel apiratis, vel a lumine posito
2 ad decipiendum nautam ita Host. tit. de incendiis nume. 3. & non imputatur nautæ. Corn. consil. 273. num. 7. vol. 1. Ang. l. eum qui §. si epistola. num. 5. ff. de furt. Vnde conductor mer-
3 cium non tenetur, de Naufragio Santerna titu. de sponsion merc. p. 3. num. 10. nu. 4. sic nemini imputatur. l. idem §. sed si ff. naut. caup. stab. Roman. consi. 7. num. 8. in dubio tamen censetur factum propter suppositum onus, Stracha tract. de merc. tit. de nauta num. 14. & censetur factum culpa nautarum quando allegatur ab
4 ipsis idem santerna d. l. p. 4. nume. 22. ideo, ipse probare debet casum per testes citata parte, vbi commode fieri potest, alioquin absque citatione Alciat. d. consi. 101. nu. 19. & hoc infertur ad plura & primo quod causa naufragii dicitur summaria Doct. comm. l. submersis. C. de nau-

frag.

frag.lib.11. Maranta de ordine iudici.p. 4. dist. 6.num.71.& p.6.tit.de inquisitione num. 146. Secundo infertur quod res ex naufragio dispenditæ remanente Domino nec indubio pro derelictis habentur Alciat.l.quod meo.§.quod ex naufragio. nume.1.ff.de acq.poss.l. falsus.§. si factum de fur.§.fin.inst.de rerum diuis. Ideo
7 vsucapi non possunt tanquam vitio affectæ. l. qua ratione.ff.de acq.poss. Alex.& Alciat.d. loco nec valet consuetudo in contrarium Ang.l. depræcatio nu.4.ff ad l. Rohod. de iactu ideo si quis eas rapuerit furtum committere dicitur Abb.c.dilecti de accusat.vbi Fel.nume. 5. hoc quando res non erat habita pro derelicta secus è contra Bart.l.falsus.§ alienum.ff.de furt. l.si quis ex naufragio.ff.de incéd. ruina & naufragio nec potest cõsuetudine introduci quod non sit furtum l.qua ratione. ff. de acq. rerum. dom.valeret tamen statutum quod rapiens ex naufragio tantum lucretur, ita in summa Armilla de naufragio,ex quo habes quod restitui debent bona naufragiorum, naufragium passis.l.qui leuandæ.ff.ad l.Rohod.de iactu l. fin. ff.de inc.ruin.& naufra gl.l.depræcation.ff.ad
9 l.Rohod.de iactu & dicitur de naufragio rapere,qui naufragij tempore,& loco rapuerit, vel qui in ipso naufragio,vel in incontinenti post, vel etiam antequam naufragij trepidatio immineat rem de naui, vel de mari, vel etiam de lictore abstulerit, Azo in summa de naufr. nume.primo. Tertio si nauta vi ventorum nauim

in

10 in aliquem portum traxerit non tenetur soluere gabellam, quia illud fuit casu non autem voluntate factum, idem est quando timore piratarum nauis reducta fuerit felin. cap. 2. num. 22. de const. Bart. l. 1. num. 1. C. de naufrag. libr. 11. l. Cæsar. l. interdum. l. fin. l. si propter. ff. de publ. vectig. l. 1. & l. 3. C. de naut. fœn. fel. c. querelam de iur. iurando, Auth. nauigia. C. de fur. Fel. c. significauit de Iudæis, idem est si in portu nauigabunt timore militum Ferrett. tracta. de gabell. & publica. num. 115. Igneus. l. contractus. num. 182. ff. de reg. iur. Rom. l. si vero. ff. de viro num. 325. ff. sol. matr. Quarto si nauta propter impetum maris non seruat locum itineris non punitur Bald. l. 2. C. de naut. fęn. Iulius ferrett. tract. de gabellis, & public. num. 126. & seq. Afflictio enim non est addenda afflicto, vt in simili dixit Maranta superiori loco citato. Quinto infertur quod nauta qui mercedem ex mercibus vehendis accepit dicitur lo-
12 cator, & æquiparatur custodi qui licet de leuissima culpa teneatur. l. si merces. §. qui columnam. ff. loc. Paul. consi. 471. volum. 1. non tamē tenetur de casu, nisi aliud actum sit. l. si vno. §. item. ff. locati. Stracha tract. de nauta. p. 2. nume. 5. & aliter actum esse dicetur, quando periculum maris in se suscepit, quia tunc secun
13 dum subiectam materiam fortuitum casum suscepisse dicatur Petrus santerna tract. de sponsionibus mercatorum in quarta. parte. nume. decimo tertio. l. cum proponas. C. de nautico.

fęnore

Fęnore, quatenus vero dixi nautam excuſari naufragio fallit hoc vt dictum eſt quando periculum ſuſcepiſſet in ſe, ſecundo fallit quando
14 fuiſſet in culpa Igneus d.l.contractus num. 83. quod eſſe poteſt multis modis, primo quando tempore prohibito nauigaſſet. l. fin. C. de nauicul. lib. 11. l quoties. C. de naufrag. eod. lib. ſicut ſi intra certum tempus nauigare promiſit poſt. tempus conuentum nauigabit. not. l. qui Romę. §. callimacus. ff. de verb. obligat. Secundo dicetur in culpam ſi propter imperitiã reti-
15 nere nauim nequiuerit. l. quemadmodum. §. ſi nauis. ff. ad l. Aquil. l. qui petitoria. §. fin. ff. de rei vend. l. item quæritur. ff. locati. culpa enim eſt immiſcere ſe in rebus ad ſe non pertinenti-
16 bus. l. culpa. ff. de reg. iur. Tertio hoc idem ſi nauis ipſa fuiſſet inutilis, quæ potuit modico ſuſ flatu venti corrumpi l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commod. l. fin. §. ſi ea ff. ad l. Rohod. de iactu niſi alias melior eſſet eque peritura. Doct. l. cũ res. §. culpa. ff. de leg. 1. Igneus d. l. contractus. num. 83. Quarto in culpa eſt ſi per loca non tu
17 ta nauigauerit. l. qui fiſchales. C. de nauicul. libr. 5. Doct. l. cum proponas. Corn. conſil. 273. volum. 1. Iaſon. l. 1. nu. 3. ff. ſi quis caut. Crau. conſil. 115. num. 5. Boer. Deciſ. 178. nume. 32. Quinto culpæ adſcribitur nautæ ſi plus iuſto
18 nauim onerabit. l. vnica. C. ne quid oneri publ. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. quo caſu vt dixi ſupra nauis perire dicitur. Sexto nautæ adſcribitur, culpa non ſolum propter ſui ip-

ſius

sius imperitiam, sed etiam imperitos homines & ignotos absumpserit. Corn. consi. d. 273. nu mer. 27. l. cũ mandato. ff. de minor. §. fin. inst. pro socio. l. fin. §. ff. naut. caup. stab. Imperitia, enim culpę annumeratur. c. non est de reg. iur.
20 6. Septimo culpa adscribitur nautæ si fuerit vsus illicitis insignibus propter quæ merces fuerint amissæ. not. l. eos. ff. de falsis. Octauo generaliter dicitur in culpa si nõ facit quod diligẽs
21 faceret, secundo si contra pactum, Tertio si fuit in mora gloss. l. videamus. ff. locati. Stracha tracta. de mercat. p. 3. tit. de nauta nauibus & nauig qui in 4. p. d. cit. quod tunc culpa afficit cũ casus propter illam euenit qui alias non euenisset. num. 3. qui pari impetu præcedente culpa vtriusque naues euerse sint. an fiat compẽ
22 satio ad inuicem Respon. quod non, sed ad inuicem tenetur ad emendationem Marian. Soccin. l. si rixati; num. decimo tertio. de iniur. & damno dato.

SVMMARIA.
In X. Q. Secundæ Partis.

1 *Casus fortuiti in materia contractuum uersantur.*
2 *Soccida quomodo de fortuito casu teneatur.*
3 *Pastor probare debet fortuitum casum.*
4 *Societatis damnum est commune.*
5 *Socius si non est in culpa an patiatur damnum.*
6 *Furtum rei societatis est commune.*
7 *Socius in itinere captus contribuit cum aliis.*

8 *Socius qui metu hoſtium iter mutauit contr buere debet.*

9 *Socius pecuniæ, cum ſocio perſonæ quomodo diuidatur.*

10 *Socij molendini quomodo damnum diuidant.*

11 *Socius qui ſibi periculum ſumpſit quomodo damnum ſentiat.*

12 *Socius allegans caſum illum probare debet.*

13 *Diſtinctio circa contractum ſocietatis.*

14 *Societas leonina quæ dicatur.*

15 *Societas quomodo ſoluatur.*

16 *Societatis lucrum quomodo dicatur.*

17 *Caſus fortuitus contingit in locatione.*

18 *Mulior qualiter teneatur de damno ſibi contingente.*

19 *Conductor molendini quomodo teneatur.*

20 *Faber conducens opus faciendũ qualiter teneatur.*

21 *Conductor apothecæ in quam damnum datum eſt.*

22 *Conducens equm ad vecturam quid ſi pereat.*

23 *Conductor equm dimittens eum in paſcuis an teneatur.*

24 *Equus conductus ſi moritur intra triduum quid agendum.*

25 *Equs extractus à ſtabulo ſi ſe incapiſtrauerit an extrahens teneatur.*

26 *Locator qui litigat de equo qui mortuus eſt quid agendum.*

27 *Locans equm ad bellandum imputatur ſibi ſi moriatur.*

28 *Equs ſi moritur ex neſcientia equitantis quid agendum.*

Condu-

Maritus

82 *Maritus qui non adhibuit medicum in infirmitate pestis au teneatur.*

83 *Donatio an reuocetur superuenienti casu.*

84 *Emptio & venditio an comprehendat casus fortuitus.*

85 *Emptor gabellæ an teneatur de fortuito casu.*

86 *Ratio quare conductor teneatur de casu & non venditor.*

87 *Distinctio quomodo cognoscatur locatio à venditione.*

88 *Natura contractus magis quam verba est inspicienda.*

89 *Contrahentes quãdo vsi sunt verbo locationis & emptionis qualis contractus dicatur.*

90 *Periculum locatoris quando sit.*

91 *Damnum quibus in rebus contingat.*

92 *Venditio facta ad mensuram cuius periculo fiat.*

93 *Emptoris damnum quando fiat.*

94 *Vinum venditum si acuerit cuius periculo sit.*

95 *Venditor an teneatur de custodia.*

96 *Vina vendita ad certum diem degustanda si præteriit ad quem spectabit periculum.*

97 *Emptio perfecta qualiter dicatur.*

98 *Emptio conuentionalis an faciat ad emptorem periculum.*

99 *Arbores ostendentes antequam uenderentur si vi ventorum fuerint deiectæ an compræhendantur in venditione.*

100 *Emens lectos si custos conscidit cuius erit periculi.*

101 *Empta re si furto pereat cuius erit periculi.*

102 *Vina vendita si corrumpantur cuius peric. pereant.*

103 *Falsa asseueratio venditoris facit eum esse in culpa.*

104 *Vendita domo si comburatur cuius sit damnũ.*

105 *Mora nocet emptori.*

106 *Venditio refert an in specie vel in genere fiat.*

107 *Venditio equi ad quem pertineat damnum.*

108 *Venditor de dolo & leui culpa tenetur.*

109 *Venditio facta in scriptis, scriptura nondum completa ad quem pertineat damnum.*

110 *Fideiussor an teneatur de casu.*

111 *Pignore perempto non liberatur fideiussor.*

112 *Fideiussores plures tenentur in solidum.*

113 *Fideiussor qui efficitur non soluẽdo non liberat debitorem.*

114 *Distinctio notabilis quando quis teneatur iterum fideiubere.*

115 *Inopia repentina est fortuitus casus.*

116 *Dotis causa iterum fideiubetur.*

117 *Fideiussor qui statim aufugit non liberat debitorem.*

118 *Fideiussor in Principali an teneatur de accessorio.*

119 *Fideiussor pro vulnerante, non tenetur de homicida.*

120 *Contractus mutui recipit fideiussorem.*

121 *Genus perire non potest.*

122 *Matrimonium non dissoluitur fortuito casu.*

123 *Vir & vxor vnum corpus & vna anima.*

124 *Pignoris contractus recipit fortuitum casum.*

125 *Pignoris damnum ad debitorem spectat.*

Distin-

150 *Re perempta ex toto perimit & actio.*
151 *Legatum estinguitur estinta relegata.*
152 *Bonæfidei contractus an recipiant fortuitum casum.*
153 *Sequestri damnum ad quem spectet.*

Quest. X. Secundæ partis.

1 CASVS fortuiti in materia contractuũ sepissimæ contingunt not.l.contractus. ff. de reg. iur. ibi Animaliũ vero casus, mortesque quæ sine culpa accidũt fuge seruorum qui contradiri non solent, rapinæ, tumultus, incẽdia, aquarum magnitudines impetus prædonum, a nullo præstantur ampl.
2 pluribus modis & primo in contractu socci dæ not.l.si pascenda.C.de pactis decis.perus.x. in termin. qui dicitur indubio contractus societatis, Vnde si animal casu fortuito perierit damnum erit commune & hoc, quando estimatum fuit l.cum duobus §.damna.ff. pro socio, si autem non fuerit æstimatus totum periculum est domini, & in hoc tres casus ponuntur per Bald.d.l.si pascenda.num.2.primo periculum est pastoris ratione culpæ, Secũdo est ratione Domini retenti dominij rei in estimatæ quæ perijt casu fortuito, Tertio damnum est cõmune ratione æstimationis, Ita Corneus d. l. si pascenda num. 34. C. de pactis, & non sufficit

pastori

3 pastori probare interitum nisi etiam probet casum fortuitum Alex.consi. 158. volum. 2. Ias. d.l.si pascenda num.4. Iohan. Andr.ca. auditis de præscr.not. Ang.de perigl.tract.de societate p.1.num.2.& p.2.num.8.Bald.l.1. q.8. C. pro socio Petrus de Vbaldis in tract.de duobus fratribus.p.8.q.20.quod autem, in omni societa-
4 te damnus sit commune tenet etiam Alexan. consi.131.num.5.volum.5.Bald.consi.493.nume 5.consi.359.volum.4.num.2. Ber.consi.192 num.2.volum.1. Dec.consi.697.num.19.Saly. l.socium.num.1.ff.pro socio.Alber.d.l.cũ duobus.§.camna.num.4.ff.pro socio Lapus. alleg. 93.nume.3.ex qua conclusione infertur ad plu
5 ra & primo si res perit absque culpa socij vtentis ea ad vsum destinatum non imputatur no. l.communi.ff.de act.empt.Secundo si res com
6 munis fuerit furata in loco vbi communiter retineri solet damnum erit commune sociorum, quia qui facit quod communiter quilibet diligens facere solet non est imputandus l.quid si §.apud ff.de ædil.edicto.l.3.ff.ad Maced. cum simil, vnde pastor qui animalia in pascuis mittit consuetis non est imputandus si lupus eas occiderit Bald.l.nemo C.de Episcopis & cleri
7 cis.Tertio si socius metu hostium vel naufragium iter nunc mutauerit & perierit non imputabitur.not.l.cum proponas.C.de naut. fœnore.l.2. C.si quis.ff.de public. l. Cæsar. ff. de
8 liber.causa. Quarto† si socius fortuito casu in itinere fuerit captus dum gerebat negocia so-

cietatis

cietatis debet redimi expensis communibus Petrus de Vbaldis. dicto. tracta. parte octaua quæstio. octaua. nume. octauo. Secus si causa societatis non fuerit absens; quia tunc redemptio de suo proprio fieri debuerit ibidem quæstio. vigesimo sexto. numer. vigesi-
9 mo septimo. Quinto † si vnus ex socijs ponit pecuniam alter operam tantum si casu fortuito pecunia pereat illi qui præstitit operam tantum tenetur contribuere pro damno, ita in puncto concl. in termin. Alex. consil. 131. vol. 5. Sexto si molendinarii contraxerunt
10 societatem conducendo molendinum quod impetu fluminis fuit eis sublatum profecto ipsi non tenentur ad pensionem soluendam not. l. 1. ff. de migr. l. habitatores. ff. loc. Bald. l. licet. C. eod. quod si promiserint reaptare tenentur semel tantum adeo vt si iterum ruat amplius non teneatur. Bal. l. fideicommissa. §. si quis ita ff. de leg. 3. & hæc prima ampl. qua habetur quod in societate damnum fortuito casu proueniés
11 esse commune non procedit quando vnus ex socijs expresse fortuitum casum in se suscepit, seu culpa eius præcessit quæ erat ordinata ad casum qui casus alias non contigisset absque eius culpa l. si vt certo. § sed interdum. ff. commod. secus si esset culpa leuissima. l. si vt certo §. nunc videndum. ff. commod. l. sine ff. de neg. gest. vel dubium erat an casus euenisset, & túc reus absoluitur not. l. quæ fortuitis. C. de pignor. action. quod si socius allegauerit casum

illum

illum probare tenetur.l.creditor. C. de pigno. act. l. publicatis. C.de testibus.l. secunda. C. de naufrag. libr.decimo secundo & probari potest per duos seu per tres testes nisi sit casus excusatiuus à pœna; quia tũc sufficit quod iuramento probetur si dicti casus fortuiti difficilis sit probatio.l.non omnes.§.à barbaris.ff. de re mil.l.fin.C.de instrum.secus si potest commode probari, quia tunc plene probari debet l. qui commeatus. ff. de re milit. quidam tamen sunt casus qui manifeste contingunt vt incendium ruina & naufragium & quidam occultè vt furtum & hoc probatur per coniecturas vt si fuerit fractum hostium & res ablatæ & non sufficit probare casum nisi probetur absuisse culpa, præsertim quando casus verisimiliter coniunctus est cum culpa vt furtum not.l.cum duobus.§. damna. ff. pro socio. Petrus Vbald. dicto loco num.decimo sexto. rursus pro solutione huius dicti distinguendo dicas, aut res perit ante contractam societatem, aut post. Pri-
13 mo casu non communicatur damnum. l. si id quod. ff. pro socio, si vero post. & tunc ante collationem, aut post, si ante ei periit cuius res erat. dicta l. si id quod. §.item; si vero post damnum erit commune dummodo contingat ob causam societatem concernentem secus si ex causa quæ esset abstracta, & separata ab ipsa societate quo casu damnum pertinet ad eũ cuius occasione datum est.l.pro socio ff.pro socio, de qua materia late habetur per Pet. de Vbal.

d.tract.

d.tract.num.1. Alex.consi.131.num.8.volum.2. consi.77.num.11.vol.2.consi.131.num.1.volum.5.Rom.consi.172.num.1.consi.520. nume.6. consil.471. num. quinto. quod si vnus
14 lucrum sentiret alter damnum societas leonina diceretur Anchar. consil. 103. nume. secundo.l. si non fuerint. §. Aristo. ff. pro socio quę soluitur renunciatio ne, morte, maxima
15 capitis diminutione & egestate. l. adeo. l. ver. §. fin. l. societatem. ff. pro socio. Dixi ego in tract.mors omnia soluit p.2. cōcl. 103. & si in vna parte contingit lucrum in altera vero damnum solum quod superest(cōpensatione
16 facta) dicitur esse lucrum. §. de illa in fine de inst.de societ. Dixi ego in tract.de compēsatio. P.1.q.21.in termin.secūdo principaliter amplia
17 procedere in contractu locationis not l.in iudicio C.locati.l.qui insulam l.si fundus. l.opus l.ex conducto.ff.loc. l.licet l.damnum C.eod.c. propter de locato & conducto; Alex.consi.107. num.11 Bald.consil.329.vol.1. Rol.consil.95. num.19.vol.2. Salic.l.si mores num.13.ff.loc.& cond.Port.con.143. Corn.con.23.nu.12.vol.2. Gorad.cons.63.nu.16. Grat.cons.42.vol.2. Alciat.cons.157.nu.2. Fulgos.l. dominus nu.4.ff. loc.Socc. Iun.cons.28.n.3.vol.2.Pau.l.si vnus §.item nu.3.ff.loc. Ber.c.potuit nu.7.eod.tit.ex hac secunda ampliatione infertur ad plura, &
18 Primo quidam mulio accepit portare pannos certo die qui distulit ad alteram diem fuitq; casu fortuito in itinere derobatus quæsitum fuit

cuius

cuius periculo panni sint amissi, & profecto si
mulio tenuit iter solitum nec fuit ei cautum
quod differendo ad alteram diem derobaretur
periculum erit domino pannorum si dies dila-
ta non fuit culpa mulionis ita in puncto concl.
Petr. de vbald. tract. de duo. fratribus P. 8. q. 27.
nu. 28. & ratio est quia cessante culpa parua mo
ra non consideratur l. si in lege. §. colonus ff. lo
cati. Secundo quidam non conduxit molendi-
num in flumine Tyberis admodum periculo-
so postea in fluminis prędium destruitur peti-
tur pensio, opponitur de damno, replicatur de
natura fluminis quam ipse cognoscere debe-
bat conclusio fuit, quod si impetu aquarum de
structum fuit, seu deterioratum maxime ex in-
undatione insolita pensio non debebitur not.
l. 1. ff. de migrand. l. habitatores. ff. loc. Bald. l. li
20 cet C. eod. titu. Tertio infertur magister seu fa
ber. conduxit opus faciendum quod casu for-
tuito ruit an damnũ sit illius, an vero locantis
Resp. distinguendo aut ruina contingit in ope
re dum construitur an vero in opere constru-
cto. Primo casu si conduxit perficiendum opus
certo tempore debet re habere integrum tem-
pus l. si ita ff. de ver. oblig. & cessante culpa cõ-
ductoris debet refici expensis domini l. Marti
nus. ff. loc. si vero contingit in opere contracto
tunc si conductor non obligauit se ad totum
opus perficiendum sed singulis diebus tantum
locat operas suas tunc de ruina quomodocun-
que contingenti non tenetur. l. eam legẽ. §. lo-
caui.

caui.ff.loc. Bald.l.ad versus. C.eod.quia imputetur Domino qui talem magistrum assumpsit quem dietim poterat reprobare, si vero conducit opus integrum vna locatione construendú tunc aut interuenit dolus vel culpa.aut non, si dolo culpa ve eius opus destructum est tenebitur reficere l. si vt certo §. nunc videndum. ff. commod.non tamen hoc verum si leuissima culpa tantum factum esset nisi futurum periculum suscepisset, quia tunc teneretur etiam de leuissima culpa non tamen de fortuito casu l. opus.& l.sequen.ff.loc.si vero ruina contigerit soli vitio, vel fortuito casu adscribitur Domino ædificii.l.fin.ff.de verb.obligat. Quarto
21 † infertur quod si quis conduxit apothecam ad quam poterat intrari per hostium d.Apothecæ cuius claues erant. penes cõductorem & p domum locatoris contingit, quod quoddam sportellum domus locatoris remansit apertum per quod fur, & latro ingressus est apothecá in qua multa furatus est quæritur cuius sit dãnum.Resp.quod pertinet ad locatorem ratione culpæ; quia occasionem damni dedit relinquendo hostium apertum Petrus de Vbald.d. tract.de duob.frat.p.8.q.40.num. 41. Quinto
22 conducens equum ad vecturam quem baculo percussit in capite ita vt mortuus sit conductor tenetur de occiso locatori Hippol.tract.de equo.q.3.similiter si moritur quia male fuit gubernatus Albe.l.pen.ff.de vsufr.Bologn. auth. habita.C.ne filius pro patre; secus si naturaliter

seu

ſeu fortuito caſu cõtingerit etiam ſi ęſtimatus
conduxiſſet Bald.l.ſi vt certo.§. nunc videndũ
ff.com. Iaſon.§.actionem num.86. inſt. de act.
quo caſu teneretur etiam de leuiſsima culpa
23 item ſi cõductor equi dimittat in paſcuis abſ-
que ſufficienti cuſtodia qui pereat, ſeu occida-
tur a lupo conductor tenetur ſecus ſi dimitte-
ret eo modo quo diligens paterfamilias feciſ-
ſet Deciſ.Peruſ.10.num.14. Boer.deciſ.218.nu.
11.gl.l.ſi negocia.ff.de neg.geſt.ſi vero duo eq̃
currerent vnus verſus alium & in curſu caſu in
uicem percutiant nõ fiet emendatio Bal.l.ſciẽ
tia, §.cum ſtramenta.ff.ad l. Aquil.item ſi con-
ducens equm qui incidit in morbũ & conſigna
uerit hoſpiti qui diligẽter curet ſi moriatur cõ
ductor non tenetur.Bald.conſ.22.vol.3.Cotta
memoriali verſi. ſcholaris ſimiliter ſi moritur
24 intra triduum a die conductionis præſumitur
morboſus, ſecus ſi ex longo interuallo Viuius
lib.2.com.opin.concl.58.num.2. com. dicitur
not.Rim.cõſ.56.n.26. Ang.l. in hac n. 4. ff.de
cõd.trit.l.ſed mihi. §.ſi reddita. ff.com. q̃d erit
de eo qui equm ſudantẽ deſtabulo extraxit &
25 illũ foras ligauit qui ſe in capeſtrauit. adeo vt
mortuus ſit reſp. ꝙ extrahẽs teneť emẽdare dã-
nũ q̃a ad eũ hoc ſpectabat, & eius actũ nõ dẽt
obeſſe Dño Ang.l.elegãter.§.idẽ.ff. de dolo.l.
1.§.ait.n.3.ff.ne quis eũ, vlterius locator & cõ-
ductor litigabãt ad inuicẽ quia locator nolebat
26 equm dicẽs illũ eſſe deterioratũ interim moriť
cuius erit periculum? reſp.quod ſi nõ coſtabat

de

de extimatione deteriorationis locator tenetur quia debebat illum recipere cum protestatione sub prolestatione not.l.quidam ff.si cert.petat. Bart.l.qui ex stichum.ff.de sol. Crau.con.106. nu.2. Item cōductor equi suscepit in se casum mortis nō tenetur de morte naturali Bal. add. ad specu.tit.loc.cal.2. Si vero locator dederit equum vt iret ad bellum qui equus perierit nō tenebitur quia casu illum exposuit expresse & hoc etiam si illum commodasset & vulneratus esset in bello postea mortuus in ciuitate Ferret tus tract. de mil. Iust.nu.9. Sal. l.laborantem. §.si cōseruatis nu.3.ff. ad l. Rohod.de iact. & si quis promiserit alicui equum aut mulū vno mortuo extinguitur oblīgatio Hispan. tract.
28 opin.ver.debitor.nu.9. si vero equus damnum fuerit passus ex nescientia equitantis vt quia mulier. vel senex non est imputandum conductori sed locatori, qui ei commodauit, secus si culpa in eo quod cauere debebat fuerit damnū datum, vt non pascendo vel vagum lassando seu ligando vel in loco non tuto. relinquendo Hip.d.tract.q 127. in casu autem quo condu-
29 ctor equi vult se excusare casu fortuito illum esse mortuum non est satis probare fortuito casu equum mortuum esse, sed illum eund.in specie de quo agitur esse capitulandum & probandum idem d.tract. q.118.vbi ponit in fine formam libelli in q. 120. & seq. Sexto infertur
30 quod si mulus reperiatur oneratus in via non recta vltra terminum territorii nō potest capi
pro

pro gabella quia mulio aufugerit inuito mulione Bart.l.fin.§.serui. ff. de public. & vectig. Ferrett.tract.de gabell.num.245 nam licet mulio teneatur de periculo rerum, quas portauit idem d.loco num.243.hoc tamen si mulio fuerit in culpa l.videamus.§ qui vinum.ff. loc.vt quando iret extra tempus & per iter non solitum Bald.l.fin. C. de naut.fœn. l. 1. C.quę sit longa consuet.idem Iul. Ferrett.nu. 595. Quā
31 do autem mulio allegat amisisse aliquid si non probat casum amissionis non creditur, & ipse ad resarciendum damnū Domino tenetur ita in puncto Corn.consi.318. volum. 4. vbi nu. 4.concl.non esse satis id iuramento probare,
32 Sexto infertur quod conductor gabellæ excusetur fortuito casu vt propter bellum, vel pestem & similia vnde fiet ei remissio mercedis Iul.Ferrett.tract.de gabell.nu.299. Egid. Boss. tit.de remiss.merc.public.num.1.Menoch. de arb.iud.lib.2.cent.1.cass.80.Fel. consi. 43. nu. 8.& hoc nisi transijsset in contractum emptionis Corn.consi.128.num.13.vol.2. Abb.cap.1. num.18.de commod. Ripa tract.de peste p. 1. num.13.num.79. Add.ad Abb.d.c.1.nume. 18. versi.maiora,item conductor gabellę suo peri
à procuratore. ff. mand. l. 2. §. si eo. ff. de præscr. verbis. l. creditor. C. eod. & hoc nisi aliter pactum fuerit inter illos seu nisi culpa vel negligentia interuenit. l. si nulla. l. pignus. C. de pig. act. ratio primi dicti est, quia pignus in bonis debitoris permanet ideoque ipsi perire in dubium non venit Ber. consi. 142. num. 12. vol. 1, in actione enim pignoratitia venit dolus, culpa & diligentia quam solet vnus quisque diligens paterfamilias adhibere suis rebus l. si cum §. fin. & l. seq. ff. de pignor. act. non autem tenetur de fortuito casu. §. fin. inst. quibus mod. re contra oblig. vnde si res pignorata perierit per culpam creditoris per pignoratitiam actionem consequetur pignus oblato precio l. 1. ff. de pignor. act. vel impedit repetitionem debiti per doli exceptionē nisi pignore restituto cū causis suis l. creditor. l. fin. ff. de pigno. act. vnde creditor obligatur pro pignore de leui culpa l. seruos. l. si necessarias. ff. de pign. act. quæ procedunt in pignore conuentionali, secus in præ
126 torio in quo creditor obligatur tātum de dolo. l. si finita. §. si quis ff. de damno infecto gl. l. 1. ff. de pign. act. & creditori incūbit onus probandi pignus interijsse fortuito casu l. si credi-
127 tor. C. de pign. actione Igneus, l. contractus. num. 32. ff. de reg. iur. vbi Cagnol. num. 44. Decius l. prætor. §. præterea. ff. de bon. authē. iud. poss. Negus. tract. de pigno. p. 3. num. 59. Vnde si fuit hipothecata domus quæ casu combusta
128 fuerit si a debitore sit reædificata poterit per

creditorem vendi ſicut poterat illa quæ erat cõ buſta Bart.l.fin.ff.de pigno. act. Ratio eſt quia domus, quæ eſt hypotecata & combuſta rema net in obligatione area in qua ſi alia domus reædificetur cedit in obligationem pignoris. l. Paul. §. domus.ff de pign.& hoc ſi reædificetur per ipſum debitorem ſecus ab alio qui aream emiſiſſet contra quem agi non poſſet hypothe caria niſi refectis expenſis. d. §.domus. Negus d.tractatu de pign.p.3.membr.q.4. nume.39.
129 item not.quod ſicut vim maiorem pignorum creditor præſtare non habet neceſſe ita dolum culpam & cuſtodiam exhibere cogitur. l. ſicut C.de pign. vltra tamen culpam leuem non tenetur.§.fin.inſt.quibus modis re contr. oblig. Item infertur quod ſeruo qui fuerat pignori o-
130 bligatus defuncto debiti permanet integra pe titio l.ſeruo. C.de pignoribus,& non ſolum re manet talis obligatio verum ſi res pignori data augetur & eius obligatio augebitur vnde ſi fundus hypothecæ datus ſit deinde Alluuione
131 maior factus totus obligabitur l. ſi fundus. ff. de pign.præterea vendidi tibi nomen debitoris quod nomen habet hypothecariam annexã ad emptorem pertinet periculum, dummodo pignus probetur hypothecatum l.ſi nomen.ff. de hæred.vel act.vind.l.periculum.ff.de pigno ribus,ſimiliter ſi domus quam tibi ex pacto cõ uento licuit vendere combuſta eſt deinde a de-
132 bitore tuo reſtituta idem in noua domo iuris habes l.fin.ff.de pignor,ſi non reficiatur rema-
net

net obligatio pignoris in area quod si estingua
tur in tantum tollitur obligatio.l.sicut.ff. qui-
bus mod.pign.vel hyp. sol.ibi sicut re corpora
li estincta ita & vsufructu estincto pignus hyp
potecaue perit non tamen perit Principalis o-
bligatio nisi creditor fuerit in dolo,culpa et ne
gligentia,vel mora Paul.l.si creditor.nume.3.
C. de pig. act.Sal.l.sicut.n.4.c.de pignoribus,
vltimo pro complemento principalis amplia-
tionis not.quatuor esse species pignorum pri-
134 mo conuentionale l.1.ibi Bar.ff.de pign.act.
§.fi.inst.quib.mod.re contra oblig. prætorium
dicitur cum ob contumaciam debitoris credi-
tor mittitur in possesionem bonorum ipsius
debitoris donec is soluat & contumaciam te
get.l.cum vnus.ff.de bon.auth.iud.poss.gloss.
l 1.C de præt. pig. Tertium iudiciale quod in
causam iudicari conceditur toto titulo. C.si in
caus.iud pign.captum fuerit. Doct.comm. l. a
Diuo pio §.in venditione Vbi Alex.nu. 37.ff.
de re iud.quartũ legale ꝙ à lege inducit̃ vt cũ
dicimus bona mariti pro dotis restitutiõe obli
gata toto tit.q̃b.modis pig.vel hyppoth. tacitè
cõtrahat̃ Doct.cõ.§.itẽ inst.de action.ĩ pigno-
re aũt p̃toriũ & cõuẽtione ita statuit̃ veteris iu
ris dubitationẽ decidẽtes ad duplũ genus hyp
potecarũ respeximus vnũ quidẽ ꝙ ex cõuẽtio
nib.& pactis hominũ nascit̃ aliud qđ a iudici-
bus dat̃ & p̃toriũ nũcupat̃ & cũ inuenimus in
conuentionalibus piguoribns, vel hyppotecis
non solum tenentem creditorẽ adiuuari,sed ẽt

Bb 2 si ab

si ab ea possessione cadat sua culpa siue non siue fortuito casu humanius esse perspeximus & non prætorio pignore dare recuperationem creditori quocunque modo possessionem amittat siue culpa sua, siue non siue fortuito casu licet enim debuerit incumbere suo pignori ne aliquam patiatur inde iacturam tamen ne quid amarum in creditoribus consequatur benignius eam interpretamur & ei recuperationem donamus ita dicit tex. l. 2. C. de præt. pig. vbi Bald. not. quod cadẽs à detentione pigno-
135 ris prætorij eam recuperat per hipothecariam actionem sicut si caderet à pignore conuentionali, nec curatur an culpa præcesserit casum quæ dispositio non habet locum in pignore legali quia non is cui obligata sunt possidet, sed
136 rei Dominus est obligatus & illatis & inuectis pro pensione domus, in iudiciali autẽ quia ille cui concessum est efficitur dominus & cedit multoties insolutum si ipsi creditori cõceda
137 tur d. l. à Diuo Pio §. in venditione quare vt loco pignoris non habetur l. fin. C. si in caus. iud. pignor. cap. fuer. Afflict. decis. 188 Paris. cõsil 42. num. 18. lib. 1. vel si est antequam cedat insolutum is creditor non possidet. l. 3. ff. qui pot. in pignor. hab. Menoch. tract. de recuper. Rem. 12. num. 20. & seq. vbi num. 8. dicit illam const. intelligendam de leui culpa Decimo sex
138 to Principaliter ampl. vt promissor liberetur si casus contingat ante moram Albericus. l. si decesserit, num. 12. ff. qui satis. cog. l. si ex legati. ff.

de

de verb.oblig.not.l.non exigimus.§.si quis in iudicio num.1.ff.si quis caution.c. teneor de re iud.l.quæsitum.ff.eod.tit.casus enim fortuitus nunquam censetur promissus l.sed & si §.quæ
139 situm.ff.si quis caut.l.1.C.commod.l. damni infecti.ff.de damno infecto Natta consil. 256. num.6.vol.2.licet si sponsio in specie fuerit facta circa fortuitum casum valeat & teneat,nisi detur occasio deliquendi l. propter.ff. de polli citationibus ibi propter incendium, vel terremotum,vel aliquam ruinam, quæ Reip. contingit si quis promiserit tenetur. Ita beneu.
140 stracha tracta.de spons.4.p. §. 1. & seq.vnde valet sponsio super pluuia ventura de naui redditur a de victoria exercitus & de omni actu q fortunæ subiciatur etiam si pactum esset in æ-
141 quale quia in hoc imputetur sibi & propter incertitudinem euentus sponsio substinetur & quæri debet de sorte quæ in hoc mundo superiorem non habet. §. arripiat. auth. de omnes
142 obed.iud.a cuius sententia non datur appellatio Bald.l.fin.C.com.delegat.Stracha d. loco.§.quæro num.3.

143 Decimo septimo ampl. in feudo not. quæ dixi super in tertia & 4. Ampl.quod enim non est expressum in vno a iure est recurrendum ad similia Ber.c.1.num.135.& seq. de vsuris vbi in hac materia ita concludit.

144 Decimo octauo & vltimo habet locum in vsuris vnde emptor qui ex conuentione tenetur annuatim aliquid soluere in recompensa-

tionem fructuum & sic vsuras non soluti precij si fructus non percepit ob aliquem casum non fortuitum nō tenetur ad solutionem illius
145 quod fuit promissus nisi eatenus quatenus perceperit, ratio est quia in eo pro quo fructus tenetur soluere non habet plenum Dominum & per consequens ad eum periculū nō spectat ita in termin. Aug. Ber.c. 1.n.132.& seq. de vsuris, vbi latè articulum discutit, & dicit, quod si ratio fructuū hoc operatur vt emptor cogi possit ad soluendum not.l.curabit de actio. empt. quod dictum procedit etiam de iure canonico secundum com.opin.de qua per eundem Ber. d.loco nu.128.ergo cessante ratione debet cessare legis dispositio c.cum cessante de Appell. quo casu venditor videtur suscipere in se fortuitum casum cum reseruet sibi aliquid annuatim soluendum præsertim in recompensationem fructuum, fallit nisi emptor fuisset in mora tūc propter eius perfidiam teneretur soluere etiā si fructus non colligisset. Ber.d.loco num. 134. & in hoc emptor equiparatur conductori ibidem idem num.133 ex istis omnibus eliciturcōclusio quod periculū seu damnum spectat ad eū cui res pertinet, seu ad Dominū rei vel cre-
146 ditorē cui res est peruentura.l.cū iter. §. 1.C. de peric.& com.rei vend.l.id quod ff.eod l. Lucius. ff.de euict.l.periculū.ff.de pign. qui procedit ēt si emptor teneat rē cōductiōis tit. quousq; p̄ciū soluerit q̄a dānū interea contingens cedit p̄iculo vēditoris q̄ est dn̄s nisi culpa vel

mora seu pactum emptoris aliter se habuerit.l. serui.ff.de peric.& com.rei vend.& hæc cōclu sio maxime procedit qn̄ dn̄s rei emolumētum habiturus esset,quia tunc onus damni ad eum spectat.l.secundum naturam ff.de reg.iur.vnde damnum datum in re conducta spectat ad locatorem l.si fundus ff. loc.Secundo maxime procedit quando dn̄s fuit in mora.l.lectus.l.illud.ff.de peric.& com.rei vend. Tertio hoc idē qn̄ damnū cōtingit à casu absq; facto debitoris.l.quod te.ff.si cer.pet.si tn̄ debitor damnificauerit rem postea casu interea non excusabitur debitor de damno.l.prius.ff.loc.l.huic. §.1. ff.ad l. Aquil.Quarto procedit conclusio etiam si damnum proueniat facto tertii absq; aliquo facto debitoris.l. Arbirro.§.fin.ff.de dolo.l.lege.ff.ad l. Aquil.l.si fideiussor. ff. de dolo, nisi tertius esset eius inimicus l.si merces. §. culpa. ff.loc.leg.pen.ff.sol.ma.Quinto p̄cedit qn̄ dānum fuisset extra rem quo casu non pertinet ad debitorem ēt morosum. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff de action.empt.l.fi. ff. de eo quod certo loco, & hoc nisi damnum extra rē cōtingat ex maleficio, quia tūc vēditor teneret emptori.l.Iulianus.ff.de act.emp.l.si vina.ff.de peric.& com.rei vend.l.2.ff.de eo qđ certo loco.l.1.C.de sent. q̄ pro eo. Sexto procedit hæc conclu.non solum in obligatione pura, sed ēt condictionali l.si ex legati.ff.de verb.oblig. l.si Stichus.ff.de ver.obl.l.cū filius.§.fi.ff.eod.septimo nedum in Domino proprietatis sed ēt vsu

fructus.l.necessario.§.fin.ff.de peric. & comm. rei ven.l.vectigalis.ff.de pignor.l.si quis fundũ §.& hoc ff. loc. Octauo ampl.etiam si debitor rei sit in mala fide quia nisi concurrat mora ꝙ sit interpellatus interitus rei ad eum non spectat Doct.l.quod te ff.si certum pet.Bald.l.nec interest.C.quod met.causa Nono si etiam ante moram procedat interpellatio debitoris.l.cum filius.§.fi.ff.de verb.obli. Decimo ampl. etiam si res desinat esse in commercio hominum ante moram quo casu debitor liberatur l. si mihi ff.de sol.l.si rem.ff.de verb.obl.item si pecunia reprobetur ante moram sufficit debitori de illa soluere Doct.l.quod te Vndecimo ampl. etiam si damnum proueniat facto debitoris iusto l.qui seruum.§.1.ff.de verb.obliga. l. quid ergo §. si hæres. ff. de leg. 1. Duodecimo si res non tantum sit perempta verum etiam si non reperiatur l.cum res.ff.de leg.1.l.cum ita.§.species.ff.de leg.2.seu difficilis sit eius persecutio Bald.l.cum a matre. C.de rei vend.l.cum plures.§.vestimenta.ff.loc. fallit hæc cõclusio multis modis Primo vbi debitor suscepisset periculum casus fortuiti l.1.C.commod.glo.l.pignus.C.de pign.act.Secundo fallit quando debitor damnum intulit.l.non solũ.ff.de rei vẽd. l.si ex legati l.si seruum.§.1.ff.de verbo.obliga. vt quando fuit in dolo vel culpa seu causa dãni l.si vendita de peric.& com.rei vend.maxime quando culpa est ordinata ad casum,vt supra dictum est nec liberatur etiam si facto ter-

tij res pereat. l. huic §. 1. ff. ad l. Aquil. l. si prius ff. loc. Tertio fallit quãdo debitor fuisset in mora l. mora l. si seruum. ff. de verbo. oblig. l. illud ff. de pericu. & commod. rei vend. nisi damnũ post moram contingens eueniat culpa creditoris vel dolo not. l. si mora. ff. sol. mat. quarto fallit in debente rem ad pondus numerũ vel mẽsuram aut degustationem quo casu ante degustationem, mẽsurationem, & numerũ, vel pondus damnum pertinet ad venditorem Docto. comm. l. 2. C. de pericu. & commod. rei vend. Quinto fallit in debitore rei in genere quod quidem perire non potest l. incẽdium. C. si cer. pet. l. in ratione. §. alias. ff. ad l. Falcidiã & hoc nisi facta fuisset. oblatio certæ rei ex illo genere l. qui decem. ff. de solut. seu nisi quis esset debitor generis sub alterni puta certi generis grani quo perempto debitor liberatur l. in naue. ff. loc. Bar. l. cũ quis §. si hominẽ. ff. de sol. 6. fal. ĩ quãtit. & hoc nisi facta oblatiõe creditor fuerit morosus, & peat quãtitas sine culpa debitoris not. l. qui decem. ff. de verb. oblig. item nisi debitor esset quantitatis limitatę Bald. l. acceptam C. de vsur. item nisi ita esset conuentum, vt periculum esset creditoris. l. periculi. C. de naut. fen. seu nisi esset debitor quãtitatis respectu certæ speciei qua specie perempta debitor liberetur. l. Titia. §. fina. ff. de leg. 1. Septimo fallit in debitore plurium rerum alternatiue. l. si in emptione. §. pen. ff. de contr. empt. not. l. cũ res ff. de leg. 1. Octauo fallit in contractu non

dum

dum perfecto vel in ſcriptis antequam fiat ſcri
ptura Sal.l.neceſſario. C.de peric.& comm.rei
vend l.ſicut. C.de action. empt. Nono fallit in
contractu cōdictionali, vel ſuſpenſiuo l. neceſ
ſario. §.1.ff de peric.& comm. rei vend. l. cum
ſpeciem.C.eodem tit. Decimo fallit in caſu pu
blicationis qui ſpectat ad debitorem not. l. ſi
fundus. ff. loc. Vndecimo fallit quando domi-
nium de iure ſpeciali remanet ſeu eſt reuerſo-
rem ad aliquem Iaſ.l.non omnis. §.1. ff. ſi cert.
pet. Duodecimo fallit quando debitor ſciebat
rem deterioraturam & emptori ignoranti non
propalauit l.ſi vina. ff.de peric.& commod.rei
vend. vel quando falſum aſſeuerauit, vt rem du
raturam quæ non durauerat not.l.ſi vina.ff.de
peric.& com.rei vēd.l.Iulianus.ff.de act.emp.
Decimo tertio fallit quando venditor vel & cō
ſequi partem lucri Alex.l.ſi ex legati.ff.de ver.
oblig.ita Albert. Brun.in tract.de dimin.con-
cluſ.20.per totum & in tractatu de interitu cō
147 cluſ.29.ex hac concl.infert qđ diminutis re
bus ex quibus debet̃ aliquid diminuit̃ & debit
l.2.C.de Allu.not.l.2.C.de p̄d.nau. lib. 11. vbi
148 diminutione rerum quibus aliquid debetur
minuitur tributum & hoc ſiue extrinſece ſi-
ue intrinſece damnum ſit paſſum puta ſterilita
te, vel alluuione gl.c.potuit.loc. l. 1. C. de iure
149 emph.& quod dictum eſt ī tributo procedit
etiā in cenſu l.forma.§.illam.ff.de cenſib.l.om
ne.C.de cenſib.l.1.C.de omni agro deſerto li.
12.prohibemus.de cenſibus hoc idem eſt in ali
mentis.

mentis.l.3.ff.vbi puer educ.debeat & in collectis not.l.ab omnibus.ff.de leg.1. & in procuratione Fel.c.cum ex officio de præscrip. infer
150 tur & secundo quod perempta re ex toto destruitur penitus actio & obligatio not. l. 1. C. de iure emph §.adeo inst. loco vnde peremptis rebus societatis perimit ipsa societas. l. id quod §.1.ff.pro socio idem in re pignorata. l. creditoris.C.de pign.act.& in re commodata not.l.1. C.cōmo.& in contractu superficiario not. l.fi. ff.de superf & perempta re promissa perit stipulatio l.inter Stichum.ff.de verb oblig.idem in vsufructu l.1.ff.de vsufr.& in re vendita ante perfectā venditionem.l.necessario.§. si pendente.ff.de peric.& com. rei vend. idem in le-
151 gato quod estinguitur perempta re legata l.si ex legati.ff.verb.oblig.l.fideicommissa.§.si rem ff.de legat. 3. l.cum ita §. species.ff.de leg.2. sicuti perit destructo collegio vel hospitali not. l.legatam ff.de vsufruc.leg.gl.c.2.de oper.nou. nunc.pro quibus not.quæ dixi in tract.de reg.
152 iuris p.1.reg.6.in fine si quæramus vtrū bonęfidei contractus recipiant fortuitum casum Resp.quod nō Port.§.item num.19.instit. loc. Alber.l.qui negocia.num.2.ff.mand.,sed an dā
153 num passus ob sequestrū debeat resarciri? respon. quod si indebita facta fuit sequestratio resarcietur ad not.per Bald.consi.249.vol.3. in terminis quamuis in reuocatione nihil sit dictum de damno dato.

SVM.

SVMMARIA.

In XI. Quæst. Secundæ partis

1 Casus fortuitus quomodo se habeat in materia vltimæ voluntat.
2 Filius sub qua conditione instituatur.
3 Casualis conditio a potestatiua quomodo cognoscatur.
4 Casualis conditio quæ sit.
5 Conditio mixta per casum impedita habetur pro defecta.
6 Conditio quæ tolleretur in institutione.
7 Conditio ob causam impeditur ob casum fortuitum.
8 Conditio mixta si per casum fortuitum deficit, deficit, & relictum in testamento.
9 Fideicommissarius an teneatur de fortuito casu.
10 Hæreditariæ rei interitus non spectat ad possessorem bonæfidei.
11 Hæres conficiens inuentarium non tenetur de fortuito casu.
12 Legatarius an teneatur de fortuito casu.
13 Personis æstinctis quibus debeatur onus, minuitur & legatum.
14 Tutor an teneatur de fortuito casu.
15 Negociorum gestor an teneatur de fortuito casu.
16 Equum immittens in pascuis si lupus eum deuoret an teneatur.
17 Vsufructuarius an teneatur de fortuito casu.
18 Expensæ quæ fiunt in re vsufructuaria a quibus refici

refici debeant.

19 *Testamentum valet cum minori num. testium quã do casus impeditur quod solemniter non possit fieri.*

Quæst. XI. Secundæ partis.

1 Vndecimo quæro an casus fortuitus habeat locum in vlt. vol. Resp. quod sic. Igneus l. contractus. nume. 58. & seq. ff. de regu. iur. sed an vitietur hæredis institutio facta sub cõditione casuali not. add. Hos. in summ. de condit. num. 6. & solutio est quod suus hæres potest institui sub omni conditione
2 excepto filio, qui non sub omni conditione institui potest sed sub ea conditione quę est in potestate ipsius textus est in termin. & ibi Bart. l. suus quoque. ff. de hæred. inst. conditio vero casualis a potestatiua iudicatur & digno-
3 scitur Arbitrio iudicis qui discernit an possit de facili adimpleri, vel non gl. d. l. suus quoque. §. 1. ver. definitionem. ff. de hæred. inst. tamen in d. loco num. 6. dicit conditionem casualem esse quæ supponitur arbitrio fortunæ si ve
4 ro conditio mixta deficit per casum mortis facit deficere legatum Dec. consi. 485. num. 4. di
5 cit hanc esse communem quia conditio mixta per casum impedita habetur pro defecta Doct. comm. l. 1. C. de legat. Soccin. iun. consil. 46. num. 26.

num.26.vol.4.quod si filii instituantur sub cõditione causatiua vel mixta resp. quod cond. tollitur & ĩstitutio firma & pura remanet not. l.quoniam.C.de inoffi.testamento Paul.l.suus quoque ff.de hæred.inst. Dec.l. si pater C. de inst.& subst. Gulielmus.c.Raynutius versi.reliquit num.28. de testam. Emanuel. Soarez in tex.recept.sen ver.conditiones item quod dictum est conditionem mixtam impediri per ca
7 sum idest in conditione ob causam Sal. l. si pecuniam num.1.ff.de cond.ob causam & est differentia inter conditionem mixtam & potestatiuam in hoc,quia conditio mixta si per casum deficit & relictum in testamento l. in testamen
8 to.ff.de cond.& dem.si autem potestatiua defecerit.per casum legatum non perimitur l. turpia.§.sed & si ff.de leg.1. Sed quæro quid si res subiecta fidei commisso casu pereat an si refi-
9 ciatur possint per eum qui restituere debet peti expensæ a fidei commissario Resp qđ sic dũ modo appareat quod sint melioramenta quæ debentut per fidei commissarium Alex.consil. 106.vol.2.Bellon.consi.64.Soccin. Iun. consi. 182.nu.26.vol.2.Corn.consi.158.vol.3. Grat, consi.132.vol.2.Capic.consi.55.num.5.Ceph. cons.188.Port.38. num. 9. Guid. Decis.496. Doct.l.domus.ff.de leg.1. & ratio est q̃a vltim⁹ fideicõmissarius dicitur Dñs ad quem periculum rei spectare super diximus,non tamen sat est dicere tm̃ expensũ nisi tm̃ melioratũ fuerit
10 Tertio infertur ꝙ hr̃ditariæ rei periculũ non

spectat

ſpectat ad bonæ fidei poſſeſſorem licet culpa caſu p̃ceſſerit. Ang. l. itē num. 1. ff. de pet. hæred. ſed hoc ĩtellige tm̃ de leui culpa nō aũt de lata
11 Quarto infertur, qđ ſi hæres facit inuentariũ & hæreditas ſit tp̃e mortis ſoluendo deinde bona hæreditaria perierint, damnũ eſt hæredis alias ſecus & ſic caſus fortuiti periculũ nō pertinet ad hæredem, qui fecit inuentarium Bart. l. inuentarium. §. diligenter. ff. ad l. Falc. qđ dictum Bar. procedit ſi ante aditã hæreditem perierint quia nōdũ erat obligatus legatariis inſolidũ ſecus ſi poſt, quia per additionem incipit ipſius inſolidum obligari ex quo vires hæreditatis patiebantur ideo nō liberatur interitu rerũ ſi legata nō conſiſtebant in quantitate l. interdũ. ff. ſi cer. pet. ſecus ſi nullis rebus perẽptis quia debitor eius ſpeciei per eius interitũ liberatur nō erat ĩ mora l. ſi ex legati. ff. de ver. oblig. Franc. in tract. de inuent. q. 7. c. 4. num. 5.
12 Quinto quæro an periculũ fortuiti caſus in re legata pertineat ad hæredem, an vero ad legatarium Reſp. diſtinguendo ſi reſtitutio rei legatæ prĩcipaliter fieri debet legatariis ſeu fidei cōmiſſariis nulla vtili ætate remanēte apud eũ qui grauatur tradere ſeu reſtituere tunc tenebitur de ſolo dolo non autem de culpa niſi latiore, quæ dolo æquiparatur. l. mulier. §. ſed n. ff. ad Trebell. ſi vero ſit legatũ gratia hr̃dis tm̃, tũc tenebit᷑ hæres de dolo & culpa ēt leuiſſima not. l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de leg. primo l. creditor. ff. de leg. primo, exempl. vt ſi teſtator

ſtator aliquid filio legauit quo impediret quærelare teſtamentum tanquam inofficioſum l. omnimodo.C.de inoffic.teſtamento tũc ſi res legata perierit eſſet periculo hæredis quia eſt ĩ eius fauorem non quærelaretur & hæreditaté conſequeretur excepta quarta debita iure naturæ quæ ſi non implebatur in re legata agebatur tantum ad ſupplementum, ſi vero legatum fuerit gratia vtriuſque tam hæredis quam legatarij tunc ſi res caſu pereat citra culpam hæredis peribit periculo communi diuidundo, ſecus autem ſi erat in culpa l.domus & l. ſequenti.ff.de leg.1.exempl.l.ſi quis ita. ff. de cond. & demonſtr l. Titium.§.ſi ea.ff.deleg.2. vbi ſi teſtator reliquerit. fundum Titio quandiu ſteterit cum ſuis filijs vel quid aliud egerit pro filijs cenſetur factum gratia filiorũ & legatarij quo caſu ſi pereat citra dolum vel culpam hẹredis damnum erit commune & ſic ſiue in contractibus ſiue in vltimis voluntatibus attenditur id cuius gratia fit vt cognoſcatur cuius periculo pereat Igneus l. contractus nume. 63. ff. de reg.iuris,non tamen perimitur legatum ſi conditio poteſtatiua deficiat per caſum l.turpia.§. ſed & ſi ff.de leg 1.& no.quod in caſu quo ſpectat periculum ad legatariũ ſpectabit & eius commodum, vnde alluuionis Augumentum pertinet ad legatarium Iaſon.l.quod in rerum §.ſi quis poſt nume. 2. ff.de leg.1.l.ſeruum.§.ſi procula.ff eod.l.non ampl §.ſi certum. ff. eod. Iaſon.l.ſi pluribus.num.6.ff.de leg.1.l.l.ſi hæ-

redis

redis num. 8. ff. eod. tit. l. si ita. §. si Domus nu. 10, eod. tit. l. quod ergo. §. si hæres. eod. tit. sicut enim argumentum ampl. legatum Doct. l. si ex toto. ff. de leg. 1. ita e contra diminutio illud minuit l. si merces. §. vis maior. ff locati Brun. tra
13 ctá. de dimin. concl. 4. Similiter diminutis personis quibus onus erat implendum minuitur & obligatio. l. seio. ff. de Ann. leg. l. dominus. §. fin. ff. de vsufr. l. pen. ff. de cond. & dom. l. 3. §. debebit. ff. de alim. & cib. leg. quod si casu minuitur legatum non per hoc tollitur obligatio nisi pro parte rei diminutæ. l. peculium. ff. de leg. 2. Brun. d. loco conclu. 16. l. Plautius vbi Bart. ff. de cond. & dem. Sexto quæro an casus
14 fortuitus adscribat' tutori, vel curatori Resp. quod non l. etiam. ff. de administratione tutoris. l. litis. §. si pecuniæ. ff. de neg. gest. l. si sine. §. modestinus. ff. de adm. tutor. quinimo tutela finita si debitores desierint esse soluendo quos tutor durante officio non exegit non tenetur. l. cum. post. mortem. ff. de adm. tutor. si tamen ob suam negligentiam in exigendo commissam effecti sint illi debitores non idonei à tempore susceptæ tutelæ omne damnum quod ex cessatione pupillo occidit præstare & resarcire tenetur. l. 2. C. de Arb. tutel. & intellige de negligentia quæ latæ culpæ æquiparatur. l. si tutor. ff. de adm. tutor. vel cur. Iodicus tract. de tutor. c. 7. num. 78. pertinent, autem pericula ad tutores, quæ cõtingit eorum dolo culpa lata vel leui interueniente. l. quicquid C. de arb.

tutor periculum autem casus fortuiti non pertinet ad tutores l. si res l. tutoribus. C. de pericu. tutor. Bartol. l. si res. ff. de administ. tutor. Doct. l. quod nerua. ff. depositi Iason. l. Actione. C. de transact. Azo in summ. C. de pericu. tutor, num. quarto, nec de leuissima culpa. §. suspectus inst. de suspect. turor. Cagnol. l. contractus. nu. sexagisimo primo. ff. de reg. iur. vbi etiam Igneus num. quadragesimo quinto. l. quicquid. C. de arb. tutor. l. tutor. §. tutores. ff. de
15 adm. tutor. Septimo † quæro an negociorum gestorum teneatur Respon. quod cum actio negociorum gestor quantum ad culpam habeat conformitatem cum actione tutelæ ideo dicas quod non regulariter not. l. debitor. ff. de negotiis gestis obligatur tamen quandoque quando se ipse specialiter obligauit l. negociorum. C. de neg. gest. l. si negocia. ff. eodem titu. Angel. l. negocium nume. primo. C. de negociis gestis. l. si pupilli. ff. eodem titu. gloss. §. igitur ver. sicut inst. de verborum obligat. vnde si gestor negociorum alienorum equm alienum in pascuis remiserit si lupi ipsum deuora-
16 uerint tenebitur de interitu equi licet casu fortuito periret, quia poterat cogitari Bald. l. tertia. C. de episcop. audien. l. qui occidit. ff. ad l. Aquiliam. gloss. capit. finali. de homic. lexto fallit nisi consuetudo loci esset seu illius Domini ita illum remittere Flor. l. qui semisse. §. fin: ff. de vsur. not. l. pignus. C. de pign. actione Igneus. d. l. contractus. nume. quadragesimo octauo.

octauo. vbi etiam Cagn. nu. ſexageſimo ſexto.

17 Octauo quæro ſi caſu pereat ager in quo eſt conſtitutus vſufructus ad quem pertineat Reſpon. quod vſufructus agri in quo flumen alueum fecit amittitur nec amplius debetur. l. ſi ager. ff. quemadmodũ vſufr. amitt. legato tamẽ vſufructu bonorum licet domus quæ erat in bonis corruat nihilominus debebitur vſufructus areæ l. quoties. §. fin. ff. de vſufru. Brun. in tract. de interitu concl. ſexta Ampliatur, Octauo, teneretur tamen vſufructuarius de dolo lata culpa leui & leuiſsima, quando ei gratia illius tantum vſufructus relinquitur pro vt dixi ſuperius de legatario, nec non eum ad quem pertinet ſarta tecta ſuis ſumptibus pręſtare debere explorati iuris eſt proinde ſi quid vltra

18 quod impendi debeat erogatum, potes docere ſolemniter repoſces. l. eum. C. de vſufructu, & hab. niſi etiam hæres in communi fructus percipiat. l. ſi domus. ff. de vſu & habit.

19 Nono dicendum eſt, quod caſus fortuitus operetur vt teſtamentum minus ſolemniter factum valeat, nempe cum minori numero teſtium Doct. commun. l. fin. C. de teſtamen. Raphael. l. conficiuntur. §. Codicilli. ff. de iure Codicill. l. milites. ff. de mil. teſt. Barb. cap. cum eſſes de teſtamen. not. l. prima. ff. de bon. poſſ. ex teſtamento. Rip. dicto tractatu. p. ſecunda. nume. 4. & ſeq.

SVMMARIA.

In XII. Quæst. Secundæ partis

1 Casus fortuitus quomodo excuset in iudicijs.
2 Sententia iniusta dicitur fortuitus casus.
3 Amissio instrumenti dicitur fortuitus casus.
4 Fatalia quando non dicantur currere.
5 Appellandi tempus quando dicatur non currere.
6 Feriæ repentinæ faciunt dari restitutionem in integrum.
7 Feriata die multa fieri possunt quando periculum est in mora.
8 Terminus non currit impedito.
9 In arbitrijs casus fortuitus excusat.
10 Fortuitus casus est magna causa prorogandi terminum.
11 Exprimi debent damna in libello.
12 Procurator excusatur fortuito casu.
13 Casus contingens in personam Nuncij excusat Dominum.
14 Conuentus actione reali, vel personali quando teneatur de interitu rei & ibi quando possessor teneatur, vel non.
15 Possessio transfertur solo aspectu ratione casus fortuiti.
16 Præscritio quibus casibus dormire dicatur.
17 Transictio non estenditur ad incogita.
18 Contumax non dicitur propter fortuitum casum.
19 Processus citati ad locum non tutum est ipso iure nullus.

Casus

Quæst. XII. Secundæ partis.

1 SEQVITVR videre duodecimo loco quomodo in iudiciis casus fortuitus excuset, pro quo notandum est quod sententia iniusta casui fortuito ęquiparatur. Port. §. item num. 7. inst. quibus modis re contr. obligat. Bart. l. falsis. C. de furt. & hoc quando fuit
2 sententia iniusta. l. Lucius. ff. de Euict. Alexan. consil. 57. volum. primo. Bartol. l. si per imprudentiam. ff. de euict. Deci. consil. septimo. in princip. Alba. consil. octauo. nume. 21. Cin. l. secunda. ff. quod met. causa Doct. cap. at si cle

rici de iud.ign.l.contractus.num.69.ff. de reg. iur.vt quando teste falso lata esset Igneus dicto loco num.64.item not.quod absens ex causa necessaria non potest condemnari,& si condemnabitur restituitur in integrum gloss. &
3 Bartol.l.fin.ff.de restit.in integrum.l.3.C.quomodo & quando iudex l.qui absentem. C. de procurat.Secundo not. quod Amissio instrumenti deducti in iudicio debet probari per eú qui illud ten ebat Bald. l.publicati. C.de testamen.l.testium.C.de testibus, quæ probatur iuramento accidentibus aliis præsumptionibus l.emancipatione.C.de fide instrumenti Innocen.cap.cum olim de priuileg.similiter amissio rerum per casum fortuitum per coniecturas probatur Alexand.l.si quis §.fin.ff.de edendo Bartol.l.quoties. C. de naufr.lib. 11. sed an amissio instrumenti casualiter possit per notarium refici propria auctoritate not. specul. §. postquam tit.de instru.edit.versic. si ergo. Ter-
4 tio not.quod licet appellationis fatalia currant appellanti datur tamen ei ipso iure secundus Annus l.fi.§.illud. C. de tempor.appell. idem est si casus contingat in personam nuncij, vel procuratoris Bart.l.præses.C.de appell. Franc. c.ex rõne de Appell. Alex.cõs.72. vol. 3. idé est si facto iudicis sit impedimétũ Imola. c. ex insinuatione de appell.auth.ei qui.C.de app. Bal. tépor. dũmodo constet de impedimento euidétissimis probationibus non autem iuramento. l.fin.§.illud.C.de tempor. Appell. hoc idem si

non

non poteſt ad ſuperiorem recurrere Alexand.
dicto conſil.72. & fatalia appellationis currunt
5 etiam tempore peſtis in loco vbi viget iudiciũ
maxime quando incepit currere gloſſ. clemen.
quandiu ver.alias de appell. idem eſt tempore
Belli Innocen.c.ex tranſmiſſa de præſcri. Fránc.
c.ex ratione. q. 4. in quinto imped.|de appell.
item not.quod feriæ repentinę faciunt dari re-
6 ſtitutionem in integrum aduerſus fatalia appel
lationis.l.ſed & ſi ff.ex quibus cauſ.maior. Bal.
l.2.§.fi. C.de tẽpor.appell.vt ſunt feriæ propter
guerram Doct.com.l.1.ff.de fer.poſſunt tñ mul
ta fieri die feriata ſi periculum ſit in mora. Bal.
7 l.dies.C.de fer.vbi ponit exempl.in reuocatio-
ne ſequeſtrationis, Quarto not. qđ terminus
8 non currit impedito. cap. quia de conc. præbẽ.
gloſſ.cap.ſecundo.eodem titu. Bartol. l. quin-
quaginta. C.de excuſat. tutor. not. ca. licet de
ſupplen. neglig. præl. niſi ſit impeditus culpa
ſua Doct.l.quibus.ff.de cond.& demon. Quin
9 to no.quod arbitros caſus fortuitus excuſat;e-
tiam not.quod difficultas quæ ineſt a principio
non excuſat ſi contingat ex poſt factum per ca
ſum excuſat ab obligatione Alber.l.cum dies.
num.7.ff.de arbitr.Sexto no.quod fortuitus ca
10 ſus eſt magna cã prorogãdi terminũ,vt ſi immi
neret piculũ maris tẽpeſtas aquarũ,vel quocũ
que alio caſu fortuito ita ꝙ nulla pte tpis põt
ꝓductiõẽ ſuã pficere, Bellã.c.vltra n.14. de te
ſtib.l.ſi q̃s ex argẽtariis & l.ſeq.ff.eo.§.2. auth.
de his q̃ ingred.ad app.& hoc niſi ſit ꝙ poſsit

tibus imputari. l. 2. ff. si quis caut. & ita declara
11 tur quart. not. Septimo not. quod in libello ex
primi debent damna quæ quis prætendere debet Bald. consi. 119. num. 1. & volum. primo. & veniunt damna passa ante litẽ contestatam gl. l. si quis §. fin. ff. de damno infecto Cin. l. cum propria. C. si quis alteri not. l. 3. §. hoc iudiciũ ff. de damno infecto l. ædiles. §. item ff. de ædil.
12 edict. Octauo not. quod procurator seu mãdatarius excusatur fortuito casu Bald. l. præses num. 1. C. de appell. vnde damnum occurrens mandanti non mandatario imputandum est. l. ita vt §. quod si ff. mand. l. si seruus. ff. de leg. 1. Paris consi. 47. num. 22. volum. 1. potest tamen ex pacto in se periculum suscipere l. & Aristoni. ff. mand. Corn. consil. 157. volum. secundo. Cagnol. l. contractus. num. 30. ff. de reg. iur. vbi dicit quod in mandato regulariter venit dolus lata & leuis culpa quandoque tamen læuissima requiritur diligentia gl. & Doct. l. a procuratore. C. mand. §. mandatum inst. mand. casus tamen veniens in personam nuncij excusat do
13 minum ab omni negligentia Angel. l. præses. num. 1. C. de appellat. Barto. l. cum à matribus C. qui pet. tutor. nisi tamen culpa Domini præcesserit. l. si procuratorem. §. 3. ff. mand. Igneus. d. l. contractus. num. 64. de casu cõtingente inter Dominũ & procuratorem Port. consi. 129.
14 num. 2. & seq. Nono notandum est quod conuentus reali non tenetur de interitu nisi dolus vel culpa præcesserit, vel nisi res non erat eodẽ

peritu-

peritura penes actorem verum in isto casu quã do interitus rei pertineat ad possessorem, vel ad petitorem sunt distinguendi tres casus, quorum primus est, quando agit reali & sic cõtra non obligatum tunc si possessor fuerit in bona fide ab initio non tenetur de interitu non enim debuit considerare fatalitatem. & ius suũ relinquere indiscussum l. illud. ff. de pet. hære. nisi dolus vel culpa præcessisset casum. l. quod si. §. si seruus. ff. de rei vend. si vero secundo casu possessor omni tempore fuit in mala fide & indistincte de interitu tenetur non habitacon siderationе an res eodem modo peritura penes actorem esset, vel non l. nemo. §. 1. ff. de verborum oblig. l. si in Asia. §. fi. ff. depositi. l. cum res in fine. ff. de leg. 1. tertius casus est quando a principio fuit in bona fide sed ex post facto effectus est malæfidei lite pendente & hoc casu si iustam causam habuit litigandi non tenetur de interitu sin minus tenetur de interitu si res non erat eod. modo peritura penes actoré aliter nõ ideo sit cautus actor vt deducat quod res non fuisset eod. modo peritura penes eum & probet deducendo & hæc quando actione reali si vero agit personali tunc si ex delicto periculum interitus indistincte pertinet ad possessorem. l. 1. §. rectissime. ff. de vi & vi armata fallit si agit contra metam inferentem actione quod met causa, quia illa est prætoria & pęnalis, & considerari deberet an res eod. modo peritura esset penes actorem vel non vt supra si

vero

vero agitur ex contractu, vel quasi indistincte periculum interitus est rei Angel. l. quod si §. seruus. ff. de rei vendicat. dicit hanc esse com. opin. & not. quod casus superueniens excusat possessorem a culpa præcedenti not. l. sin autem. § homo. ff. de rei vend. l. si vehenda. §. si eadem. ff. ad l. Rohod. de iactu Cyn. l. ad comparandas. C. mand. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caution. Bart. l. si prius. ff. loc. dummodo culpa non esset ordinata ad casum. Decimo not:
15 quod casus fortuitus est in causa vt possessio transferatur solo aspectu quando impedimentum imminet accidenti ad locum rei Albe. l. 1. §. iusserim. ff. de acq. poss. cap. contingit de dolo & cont. & hoc quando possessio fuerit vacua Ioan. Andr. c. transmissam de elect. si vero possessio non sit vacua tunc si causa cognita cótra occupantem lata sit sententia cuius executio propter fortuitum casum fieri non possit, tunc solo aspectu capietur se sola verbali traditione. l. cum vnus. §. fi. ff. de bon. auth. iud. poss. l. damni. § solum. ff. de damno infecto secus si lata non fuerit sententia Ripa tract. de peste p. prima. num, 187. & seq.

16 Vndecimo not. quod casus fortuitus non sinit currere præscriptionem eamque dormire facit not. gloss. capitu. cum non liceat de præscript. vnde tempore belli præscriptio non currit & si fuerit incepta dormit. Doct. capit. ex transmissa de præscrip. Bartol. l. naturaliter. ff. vsucap. ampl. etiam Paulo ante vel post ipsum

bellum

bellum Bald.consil. 358. volum. primo. fallit nisi quis posset ire ad locum in quo redditur ius transeundo per hostes Fel.dicto cap. transmissa item hoc idem est tempore pestis Bald. consi.469.volum. quarto.Iohan.And. ca. cum dilecti de dolo.& conte.& hoc nisi ius reddatur in loco quo casu si quis est præsens non dormit præscriptio, sed currit, succurritur tamen ei per viam restitutionis in integrum si vero est absens vtique si locus est adeo pestiferus vt periculum adesset non dormit præscriptio ita Ripa dicto tractatu p.prima.num.152. Bartol.l.de ætate. ff.ad Trebell. Bald. cum notissimi.§ immo. C.de pręscrip. 30.annorũ. Tertio sequitur quod ibi ius non redditur quocunque casu fuerit absens iudex.l. sed & si §. quoties.ff.ex quibus causis maior. & super hoc vtile esset quod impeditus protestaretur vt actor vellet agere, sed non potuisset propter absentiã iudicis Abb.c.ex transmissa de pręscrip. Quarto hoc idem est de qualibet alia vacatione ecclesiæ, vel principatus c.primo.cap. de quarta. cap.auditis de præscript.cap.licet de foro competen.Balb.tracta. de præscrip. p. sexta.§.nunc

17 venio intermin. Duodecimo not. quod licet in trãsactione dicatur quod trahatur ad incogitata debet intelligi de his super quibus erat lis, vel etiam poterat lis moueri Bartol.l.si de certa. C.de transact.l.cum Aquiliana.ff. eod. titulo, non tamen porrigitur ad id de quo cogitatum non fuit Rip.d.tractatu.d.peste.p.1.nu. 109.not.

109.not.Crau.consil.294.num. 8. Decimo tertio not. quod casus fortuitus excusat a contumacia Doct.l.cum res. ff. de leg. 1.not.l.ita demum de procurat.præsertim quando locus notorie est periculosus vbi quis comparere debet clem.pastoralis. §.Pisana de re iud.quo casu citatio facta ad talem locum est ipso iure nulla ex quo sequitur quod processus factus contra citatum ad locum non tutum sit ipso iure nul
19 lus Ripa d. tractatu.p.3.nu. 27. quibus ita declaratis tam in contractibus quā in vltimis volun.& in iudiciis addo quod etiam in priuilegiis sunt casus fortuiti considerandi vnde si
20 destruatur Monasterium vel ecclesiam dummodo aliquæ reliquiæ remaneant durant adhuc ipsorum iura Brun.in tract.de refect.cócl. 9.secus si funditus fuerit destructa quo casu nó remanet ampl.ius patronatus gl.c.3.de iure pa
21 tro.idem d. loco concl. 4. versi. sic & ecclesia quo casu si iterum reficiatur est necessaria noua consecratio ibid.conclu. 3. not. tamen quod si quis habet priuilegium ob certum numerum filiorum si casu vnus ipsorum moriatur non p
22 hoc cessat immunitas Doct.com. l. sciendum. §.fin.ff.qui satis.cog.Brun.tract. de Dim. con-
23 clu.9. Secundo not.quod principis factum dicitur fortuitus casus Ber.consi.143.num.6.vol. primo.Soccin.l.quidam.num.3.ff. de reb. dubiis Crau.consi.95.vnde si imponit nouas collectas vel mutauerit monetam talis casus expēsę refici debent per dominū rei & pecuniæ augnmen-

gumentum vel diminutio cedunt in commodum vel damnum creditoris nisi mora intercesserit de hoc Doct.comm.l.Paulus.ff.de solution. Didac.in tract.numis.in ca.7 §.vnitur nume. 3.& 4.Ber. Decis.327.de collecta est Doct. com.l.fin. C.sine censu vel rel.vbidicitur, quod ipsa est munus extraordinarium debet tamen minui cuius fundus casmate periit no.l.forma. §. fi.ff.de cēsibus ea quatenus dr̄ factum principis esse fortuitū casū intellige de facto insolito
24

25 & extraordinario secus autem de aliis. Tertio not.quod casus fortuitus habet etiam locum in delictis quæ excusantur ex illo not. clem.de hom. vol. & in vol.vnde percutiens clericum fortnito casu non incidit in excommunicationem Marian.Soccin sen.c.peruenit de senten. excom.nu.201.not.c.3. eod. Quarto not.quod

26 casus fortuiti per statutum non comprahendantur Fulgos.l.nemo num.2. ff. de acq. poss. Quinto not.effectus fort. cas. quod aliquando facit esse illicitum,quod alias esset licitum præsertim tempestas maris l. Cæsar. ff. de public.

27 Aliquando excusat à pœna iudiciali. l. 2. ff. si quis caut.Tertio à pœna conuentionali l. si vehenda.§.idem ff.ad l.Rohod. de iactu.Quarto perimit quandoque obligationis substantiam l.in nauem.ff. locati. Quinto impedit Principium obligationis.l.fluminum.§.seruus. ff. de danino infecto. Sexto soluti repetitionem inducit.l.si vno.§.item.ff.locati.Bal.consil. 220. vol.5. Septimo excusat à mora dum mora non

præcedat

28 præcedat casum Fulgos.l.opus nu. 3. ff. de loc. & cond. Alber.l. si decesserit.num.2.ff. qui sat. cogan.Ang.l.insulam.ff.de verb.obligat. Aret. consil 149. Sal.l.cum quidam.num.3.ff.de códi.insert. Afflict.in puncto decis. 150. num. 2.
29 & seq. quia mora sua cuilibet est nociua c. mora. de reg.iur.6.vbi dicit quod est nociua etiá quantum ad rei interitum quamuis casu cótingeret l.quod te. ff.si cert.pet.l.si ex legati. ff. de verb.oblig. Octauo & vltimo excusat etiam à
30 culpa si quis fortuito casu aliquid inuenerit non restituat Domino facta prius diligenti inquisitione;Didac reg. peccatum in 3.p.in elect. §.primus & seq.sicuti. conuentio conditionalis relata infuturum euentum valet,& excusat
31 à culpa Didac.d.loco in 2.p.Relect §. quartus num.2.vbi plura de acquisitis in ludo optime declarat ad quem ego breuitatis causa lectoré remitto nam hæc pauca dicta sufficiant de fortuitis casibus.

FINIS.

REPERTORIVM

NOTABILIVM.

Amissam

Bellum

C

Cleri-.

Condu-

Condu-

Culpo-

D

Damni

Debitor

Defen-

Difficul-

Dolor

E

Error

Expen-

Fide iusso-

Forma

quæſt.

Furio-

G

in

H

Homici-

I

Igno-

Impedi-

Infir-

Inuen=

Iuris=

L

Lex

M Anda-

M

Metus

Mon-

Mulio

Naufra-

quæst.

O

part.1.

Priui-

Q

Quæ-

R

Renun-

Socij

T

Testi

Vene-

FINIS.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. A a B b C c D d E e F f G g H h.

Omnes ſunt Quaterniones exceptis , † , Hh, qui ſunt Duerni.

Florentiæ Apud Iuntas.
M D L X X V I I.




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm